eſt xp̄s: ſed iohãnẽ creauit deꝰ xp̄s. Erat igiẗ iohãnes hõ ꝑ-
fectus ꝗdẽ: ⁊ cuiꝰ tãta gr̄a ꝯmẽdata eſt: vt ipſe de illo dñs di
Mat.xj. ceret. In natis mulieꝝ nemo exurrexit maior iohãne bapti-
ſta. Iſte ḡ tã magnus: agnoſcit dñm in paruo magnũ: agno-
ſcit homo eũ ꝗ venerat homo deꝰ. Si enĩ in natis mulierũ: h
eſt in hoĩbus nemo exurrexit maior iohãne baptiſta: quiſꝗs
iohãne plus eſt: nõ tñ hõ ſed et deꝰ eſt. Debuit ḡ tãtus iſte ⁊
diſcipulos ꝓprios habere: et cũ diſcipulis ſuis magiſtrum
oĩum xp̄m cognoſcere. Qḋ enĩ eſt maius teſtimoniũ verita-
tis: ꝙ ſe humiliando eũ agnoſcere: cui emulãdo potuit inui-
dere? Putari xp̄s potuit et noluit: exiſtimari xp̄s potuit et
Lucc.iij. noluit. Dixerũt homines cũ fallerẽtur in eo. Nũ forte hic eſt
chriſtꝰ? Reſpõdit ille qḋ non erat: vt maneret qḋ erat. Inde
quippe adam lapſus ꝑdidit qḋ erat: quia qḋ nõ erat vſurpa-
uit. Recolebat hoc iſte magnꝰ: ſed in paruo chriſto minimꝰ.
Nouerat hoc: recolebat hoc et tenebat: qꝛ recipere qḋ perdi
E derat cogitabat. Homo ergo iſte vt dixi magnus iohãnes:
cui dñs tale perhibuit teſtimoniũ: quem ſic veritas cõmen-
Mat.xj. dauit vt diceret. In natis mulierum nõ exurrexit maior io-
hanne baptiſta: potuit credi chriſtus: imo iam ab eis ꝗ eius
magnitudinis gratia fallebãtur credebaẗ chriſtus: et in illo
morerẽtur niſi ab illo cõfitente corrigerẽtur. Reſpõdit ergo
Joh.j. putãtibus et ait. Nõ ſum ego chriſtꝰ. Tanꝙ diceret. Certe
in honorẽ meum ita fallimini: et certe mihi hoc putãdo ma-
gnam additis laudẽ: ſed debeo cognoſcere: vt vobis erranti
bus ille poſſit ignoſcere. Si enim qḋ nõ erat fallaciter puta-
retur: ab illo qui erat veraciter amputareẗ. Premiſſus eſt er
go iohannes: vt dñm humilem baptizaret. Baptizari enim
dominus propter humilitatem voluit: non propter iniquita
F tem. Dominꝰ chriſtus quare eſt baptizatus? Dominus chri

ſtus dei filius vnigenitus: quare eſt baptizatꝰ? Inueni qua
re eſt natus: et inuenies quare ſit baptizatus. Ibi quippe in
uenies humilitatis viam quã pede ſuperbo non capis. Quã
niſi humili pede calcaueris: ad celſitudinẽ quo ducit puenī
re non poteris. Baptizatus eſt ꝓpter te: qui deſcendit ꝓpter
Phil.ij. te. Vide quãtus factus ſit tãtillus. Qui cũ in forma dei eẽt:
non rapinã arbitratꝰ eſt eſſe equalis deo. Non eñi erat rapi-
na: ſed erat nature eq̃litas filij cũ patre. Johannes ſi ſe chri-
ſtum putari vellet: illi rapina eſſet. Nõ ergo rapinã arbitra-
tus eſt eſſe equalis deo. Erat eñi ⁊ ſine rapina: erat coeternꝰ
ab eterno natus erat. Tamẽ ſemetipm̃ exinaniuit formã ſer-
ui accipiẽs: hoc eſt formã hoĩs. Qui cũ in forma dei eſſet: nõ
formã dei accepit: ſed cũ in forma dei eſſet: ſemetipm̃ exina-
niuit. Suſcepit qḋ nõ erat: ita vt non [illegible]deret qḋ erat. Manẽs
deus hoĩem aſſumpſit. Formã ſerui accepit ⁊ factus deꝰ ho-
G mo: a quo factꝰ eſt hõ. Vide ergo que maieſtas / q̃ poteſtas /
que ſublimitas / que cũ patre equalitas. Venit ꝓpter nos ad
indumentũ forme: et intellige illã a magiſtro tante humilita
tis viam: qm̃ plus eſt ꝙ voluit hõ fieri q̃ꝫ ꝙ voluit ab hoĩe ba
ptizari. Baptizat ergo inq̃ꝫ iohãnes chriſtũ: ſeruus dominũ
Joh.j. vox verbũ. Memẽtote eñi. Ego ſum vox clamãtis in deſer-
to: ⁊ memẽtote: qꝛ verbũ caro factũ eſt: ⁊ habitauit in nobis.
Baptizat ergo inq̃ꝫ iohãnes chriſtũ: ſeruꝰ dñm: vox verbũ:
creatura creatorẽ / lucerna ſolem: ſed ſolẽ qui fecit hunc ſolẽ:
Malach. iiij. ſolẽ de quo dictũ eſt. Ortus eſt mihi ſol iuſticie: ⁊ ſanitas in
pẽnis eius. De quo impij ſero penitẽtes: in fine dicturi ſunt.
Sapie.v. Quid nobis profuit ſupbia: aut quid diuitiarũ iactantia con
tulit nobis? Tranſierũt illa oĩa tanq̃ꝫ vmbra: et cũ vmbris q̃
ſecuti ſunt vmbras. Ergo inquiũt. Errauimꝰ a via veritatis:
et iuſticie lumẽ non luxit nobis: ⁊ ſol intelligẽtie nõ eſt ortus
nobis. Illis nõ eſt ortus chriſtus: a quibꝰ nõ eſt agnitꝰ xp̄s.
Sol ille iuſticie / ſine nube / ſine nocte. Ipſe nõ oritur malis /
non orit̃ impijs / non orit̃ infidelibꝰ. Nam ſolẽ iſtum de celo
Mat.v. corporeũ: quotidie facit oriri ſuper bonos et malos. Bapti-
zauit ergo vt dixi creatura creatorẽ: lucerna ſolẽ: ⁊ non ſe ex-
tulit baptizator: ſed ſubdidit baptizando.

¶ Item in eodẽ feſto. Homelia de eo qḋ ſcriptũ
Luce.j. eſt in euangelio ſm Lucã. Heliſabet impletũ eſt
tempus pariẽdi ⁊c̃. que habetur de queſtionibꝰ
euangeliorum. lib.j.ca.ij. Et.lib.ij.ca.j.

¶ In vigilia Petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ: de eo qḋ
Joh.xxj. ſcriptũ eſt in euãgelio ſm Johãnẽ. Simon iohã
nis diligis me plus his. Sermo.j. In quo dicit
ꝙ petrus ideo factus eſt timidus negator qꝛ erat
audax preſumptor.

Sermo. xxiiij. A Apoſtolum petrũ primũ omniũ apoſtoloꝝ memi-
niſtis in dñi paſſione fuiſſe turbatũ. Fuit eñi priꝰ
audax pſumptor: ⁊ poſtea factꝰ eſt timidus nega
tor. Promiſerat ſe pro dño moriturũ: cũ prius ꝑ
Mat.xxvj illo eſſet dñs moriturus. Quãdo ergo dicebat. Tecũ paratꝰ
Joh.xiij. ſum vſq̃ꝫ ad mortẽ ire. Et aĩam meã ꝓ me ponã. Reſpõdit ei
dñs. Animã tuã pro te pones. Amen dico tibi priuſq̃ꝫ gallus
cantet ter me negabis. Ventũ eſt ad horaꝫ. Et quia deꝰ erat
Pſ.cxv. chriſtus: hõ autẽ petrus: ĩpleta ẽ ſcriptura. Ego dixi ĩ pauo
Rom.iij. re meo: oĩs hõ mendax. Dixit autẽ apl's. Eſt autem deꝰ verax: oĩs
B autẽ hõ mẽdax. Verax xp̄s: mẽdax petrus? Modo q̃dẽ iter
Joh.xxj. rogat eũ dñs: ſicut audiſtis cũ euãgeliũ legeret̃: ⁊ dicit ei. Si
mon iohãnis diligis me plus his? Rñdit ille ⁊ dixit. Dñe tu
ſcis qꝛ amo te. Et iterũ dñs h̃ iterrogauit: ⁊ tertio h̃ interro-
gauit. Et reſpõdẽti dilectionẽ: ꝯmẽdauit gregẽ. Per ſingu
la enim dicebat dñs petro ieſus dicẽti. Amo te: paſce agnos
meos: paſce ouiculas meas. In vno petro figurabat̃ vnitas
omniũ paſtoꝝ: ſed bonoꝝ q̃ ſciãt oues chriſti paſcere xp̄o nõ
ſibi. Nũquid mõ petrus mẽdax erat: aut amare ſe dñm men
daciter reſpõdebat? Veraciter h̃ rñdebat / h̃ eñi reſpõdebat
qḋ in corde ſuo videbat. Quãdo autẽ dixerat. Animã meã ꝓ
te ponã: de futuris voluit pſumere viribꝰ. Oĩs autẽ hõ q̃lis
ſit tunc cũ loquit̃ forte ſcit: q̃lis craſtino futurꝰ ſit q̃s ſcit? Re
uocabat ẽ oculos ſuos ad cor ſuuꝫ petrus qñ interrogabat̃ a
dño: et fidẽs reſpõdebat qḋ ſibi videbat̃. Etiã dñe: tu ſcis qꝛ
amo te. Qḋ tibi dico: tu ſcis qḋ hic video ĩ corde meo: vides

et tu. Nõ auſus ẽ tñ dicere qḋ dñs iterrogauerat. Nõ eñi ſim C
pliciter dñs dixerat. Diligis me: ſꝫ addiderat: Plus his di
ligis me: id eſt plus me diligis q̃ꝫ iſti: de alijs diſcipulis: ille
nõ potuit dicere niſi amo te: nõ auſus ẽ dicere plus his. No-
luit iteꝝ eſſe mẽdax. Sufficeret ei teſtimoniũ ꝑhibere cordi
ſuo / nõ debuit eẽ iudex cordis alieni. Verax ẽ petrus: an ve
rax in petro xp̄s? Quãdo aũt voluit dñs ieſus chriſtus deſe-
ruit petrũ: ⁊ inuẽtus eſt hõ petrus: qñ autem placuit dño ieſu
chriſto ĩpleuit petrũ: ⁊ inuẽtus eſt petrus verax. Veracẽ pe-
trum petra fecerat. Petra eñi erat chriſtus. Et quid ei nun- j.Cor.x.
ciauit quãdo tertio reſpõdit amare ſe chriſtũ: et tertio domi D
nus petro ſuas ouiculas cõmẽdauit? Prenũciauit ei paſſio
nem ſuã. Cum eſſes inq̃t iunior cingebas te et ibas quo vole Joh.xxj.
bas: cũ autẽ ſenueris: extẽdes manus tuas ⁊ alter te cinget ⁊
feret quo tu nõ vis. Euãgeliſta nobis expoſuit quid dixerat
chriſtus. Hoc autẽ dicebat inq̃t ſignificãs qua morte clarifi
caturus eſſet deũ: id eſt quia pro xp̄o fuerat crucifigẽdus: h̃
eſt eñi extẽdes manꝰ tuas. Vbi eſt ille negator? Deinde poſt
hec ait dñs ieſus chriſtꝰ. Sequere me. Non ſic quõ prius qñ
vocauit diſcipulos. Nam et tũc dixit. Sequere me: ſed tunc
ad doctrinã: modo ad coronam. Nũquid nõ quãdo negauit
chriſtũ occidi timuit? hoc timuit pati qḋ paſſus eſt xp̄s. Sꝫ
iam timere nõ debuit. Videbat eniꝫ in carne viuentẽ quẽ vi-
derat in ligno pẽdentẽ. Reſurgẽdo chriſtus abſtulit mortis
timorẽ: ⁊ qm̃ abſtulerat mortis timorẽ: merito interrogabat
petri amorem. Ter negauerat timor: ter confeſſus eſt amor.
Trinitas negationis deſertio veritatis. Trinitas cõfeſſio-
nis: teſtimonium dilectionis.

¶ In feſto apoſtoloꝝ Petri et pauli. Sermo.j.
In q̃ dic̃ ꝙ mr̃ eccl'ia pariẽdo ñ diſcernit etates.

Filioli mei audite nos: ⁊ liberate vos. Currite pro Ser.xxv.
vobis: et nobis preſtatis ⁊ vobis. Commune erit A
gaudiũ noſtrũ: ſi vos viderimꝰ induere xp̄m. Iu
uenes ⁊ virgines / ſeniores cũ iunioribꝰ ad grãm
feſtinẽt. Mater noſtra pariẽdo nõ diſcernit etates. Ipſa ge-
nuit petrũ: ipſa parturiuit et pauluꝫ: vt ex lupo fieret agnus.
Tanq̃ꝫ ergo natꝰ eſt ſaulus: creuit et factꝰ eſt magnꝰ. Bapti-
zatus eſt a mr̃e: illuminatꝰ a deo pr̃e. Et cepit velle petrũ vi-
dere: et cũ quereret eũ velle videre: magis eũ petrus cepit ti
mere. Audiuit eñi petrus: qꝛ ſaulus eũ quereret. Noli time-
re beate petre: qꝛ ſaulus nõ te querit: ſed paulus vas electio-
nis te cupit videre. O ſancte petre bñdic patrẽ et ſuſcipe fra-
trem: ⁊ habes cũ quo potes defendere matrẽ. O beate petre
quia cõuerſus eſt ſaulus miraris: qualis es tu: erit et ipſe ta-
lis: ⁊ vnꝰ vobis erit natalis. Qui fecit ex ſaulo paulũ: ipſe fe-
cit ex ſimone petrũ. Vnus vos honorauit: vnus vos corona
uit. Mutauit perſecutorẽ / mutauit et piſcatorẽ. Et ſi te pri-
orem: tamen ambos ditauit honore vno. Veni ſancte paule:
veni ſequere petrũ: ſed docentẽ non fugientẽ. Fugiebat quã
do te neſciebat. Nam iſte beatiſſimus paulus: ſicut in lectio B
ne actuum apoſtolorũ cum recitaret̃ audiuimus: celeſti vo-
ce proſtratus eſt. Dũ fureret ad caulas in lupina rabie: ⁊ ex- Act.ix.
oſum ſibi nomẽ innocẽtis agni perſequitur: dũ querit diſcer
pere aut vexare gregem: audiuit altiſonã vocem. Saule ſau
le quid me perſequeris? Quid fruſtra inſaniſti contra nomẽ
meum: ⁊ occidiſti martyrem meũ? Olim quidem debui per-
dere te: ſed ſtephanꝰ meus orauit pro te. Et ille. Quis es do Act.vij.
mine? Et dominꝰ ad illum. Ego ſum inquit ieſus nazarenꝰ: Act.ix.
quem tu perſequeris. Caput de celo pro mẽbris clamat. In
quietatur corpus: et de celo ĩtonat chriſtus. Saule (inquit)
ſaule: quid me perſequeris? Quid eſt ꝙ rugiẽte ſaulo mugit
archanum: et contra ſeuitiã pauli militia conquerit̃ celi: niſi
vt qui non crediderat reſurgẽti: ſaltem crederet in celo ſedẽ
ti? Nam dicitur ananie. Accede ad eum: ⁊ ſigna eum chara-
ctere meo: multa enim patietur pro nomine meo. Et ille. Do
mine audiui a multis de viro hoc quia multa mala fecit ſan-
ctis tuis. Ait illi dominus. Vade: quoniã vas electionis eſt
mihi. O beate anania: merito in tiore trepidares ſi forti ma
nu nõ eſſet cui militares. Ideo proſternitur ſuperbia: vt eri-
gatur ſanctitas. Venit ergo ananias: baptizauit ſaulũ: ⁊ fe- C
cit paulum. Baptizauit lupũ: et fecit agnum: ⁊ cepimus ha
bere predicatorẽ: quem habuimꝰ perſecutorẽ. Deniq̃ꝫ cepit
predicare chriſtuꝫ: cui antea reſiſtebat: poſtea paratus pati ꝓ
eo ꝯtra quẽ antea pugnabat. Patit̃ paulꝰ: qḋ fecerat ſaulꝰ.

Saulus lapidauit: paulus lapidatꝰ eſt. Saulus chriſtianos
virgis affecit: paulus pro xp̄o quinquies quadragenas vna
minus accepit. Saulus ꝑſecutꝰ eſt eccleſiā dei: paulus ſub=
ij. Cor. xj. miſſus ē in ſporta. Saulus vinxit: paulus vinctus eſt. Et dū
ſaulus ſeuiēs querit minuere numerū chriſtianoꝝ / etiā ipſe
acceſſit ad numeꝝ confeſſorū. Et dū inferret alijs necē: ſuſce
pit ipſe pro comorte. Dū intrat lupus rapax in ſtabula pecu
dis: ſubito ⁊ ipſe factꝰ eſt ouis. Itaqꝫ quis iā deſperet de ma
gnitudine criminis / aut de humilitate generis? Nā beatiſſi
mū petrū piſcatorē: modo genibꝰ prouolutis adorat gentiū
multitudo credentiū: per dominū noſtrum ieſum chriſtū ⁊c̄.

## In eodeꝫ feſto. Sermo. ij. In quo dicit ꝙ petri largitas licet petenti argentū non attulit / contulit tamen ſanitatem.

Sermo. xxvj. Notū vobis oībus eſt fratres chariſſimi et vniuer=
ſo mūdo notiſſimū ꝙ beatiſſimoꝝ petri ⁊ pauli na=
A talis ſit hodie: nec aliquā partem orbis latere po=
tuit tāta deuotio. Siquidē cū de his dicat dauid
Ps̄. xviij prophetā. In omnē terrā exiuit ſonus eorū: et in fines orbis
terre verba eorū. In omni terra mira petri virtꝰ eſt: ⁊ ī fines
orbis terre epiſtole pauli penetrauerūt. Quis em̄ nō audiuit
ꝙ primꝰ apl̄s petrus ſedēti ad ſpecioſam portā tēpli claudo:
et ex matris ſue vtero olim iam debili pedum reſtituerit fir=
mitatē: vt qđ natura minus cōtulerat: apl̄ica gr̄a repararet?
Cum eni claudus ille ſtipē rogās: aliqđ pecunie ſe ab apl̄is
Actuū. iij. crederet accepturū: ait illi apl̄s petrus. Argentū ⁊ aurum nō
habeo: ſed qđ habeo hoc tibi do. In noīe ieſu chriſti nazare=
ni ſurge et ambula. Beata plane largitas que petēti argentū
quidē non cōtulit: ſed contulit ſanitatē. Beata largitas: q̄ de
theſauris ſuis aurū non ꝓtulit: ſed ꝓtulit medicinā. Beatus
et ille claudꝰ q̄ dum ſtipē querit pecunie: diuitias incolumi=
tatis accepit. Hoc eniꝫ ab apl̄is donū meruit: qđ nullis the=
B ſauris a medicis redimere potuiſſet. Primū ergo ſignū mi=
rabile qđ beatꝰ apl̄s petrus fecit: claudo pedū reſtituēdo vt
dixīmꝰ veſtigia. Audiſtis frequenter ip̄m petrū a dn̄o petrā
Mat. xvj. nūcupatū: ſicut ait. Tu es petrus: et ſup hāc petrā edificabo
eccleſiā meā. Si ergo petrus petra eſt ſupra quā edificatur ec=
cleſia: recte priꝰ pedes ſanat: vt ſicut in eccl̄ia fidei fundamē
tum cōtinet: ita ⁊ in hoīe membroꝝ fundamēta cōfirmet. Re
cte inquā pedes chriſtiano curat: vt iā non trepidꝰ quis nec
imbecillis poſſit ſupra petrā eccleſie ſtare: ſed robuſtus ⁊ for
tis incedere. Ubi aūt pauli verba nō leguntur? Quis locus ea
Act. ix. litteris nō ſcribit / corde retinet / cōuerſatione cuſtodit? Qui
paulus a dn̄o vas electionis eſt noīatus. Bonū vas: in q̄ pre=
cioſa mādatoꝝ chriſti ꝓcepta conduntur. Bonū vas: de cuius
plenitudine ſubſtātia vite populis ſemꝑ erogatur et plenū eſt.
Optima apoſtoloꝝ noīa petra ⁊ vas neceſſaria ſūt domui ſal
uatoris. Domus em̄ petraꝝ fortitudine cōſtruitur: vtilitate va
ſis ornatur. Petra ad firmitatē ne labantur ſuſtētat ppl̄os: vas
C ad cuſtodiā ne tentētur operit chriſtianos. Exitꝰ vero eorū
de hoc ſeculo q̄ꝫ beatꝰ fuerit: nemo q̄ ignoret. Nā prima hec
in illis beatitudo eſt: ꝙ ambo vna die paſſi eſſe noſcūtur: ſcili
cet vt quos vna fides ſeruitio deuixerat: vna dies martyrio
coronaret. Deinde ip̄a paſſio licet diuerſa in ſingulis fuerit:
tamē vna referta eſt gr̄a ſanctitatiſ. Nā petrus crucē ſicut ſal
uator in exitu ꝑtulit: ⁊ dominice deuotionis ſimili morte di=
ſcerptus eſt: ſcilicet vt quē imitabatur fide: imitaretur et paſſiōe.
De pauli vero ceruice cuꝫ eam ꝑſecutor gladio ꝑcuſſiſſet: di=
citur fluxiſſe lactiſ magis vnda q̄ꝫ ſanguinis: ⁊ mirū in modū
ſanctū apoſtolū baptiſmi gratia: in ipſa nece fecit ſplendidū
potiꝰ q̄ꝫ cruentū. Que quidē res in ſancto paulo ſtupēda nō
eſt. Quid em̄ mirū ſi abūdat lacte nutritor eccleſie: ſicut ip̄e
j. Cor. iij. ad corinthios ait. Lac vobis potū dedi non eſcā? Hec ē pla=
ne repromiſſionis illa terra / quā patribꝰ noſtris ꝓmiſit deꝰ
Exo. iij. dicens. Dabo vobis terrā melle ⁊ lacte manantē. Non em̄ de
hac terra locutus eſt: que manātibus aquis cenū inuoluit lu
tumqꝫ ꝑmiſcet: ſed de illa terra pauli ⁊ ſimiliū pauli: que ſua=
uem potuꝫ diſtillat. Que em̄ pauli epiſtola nō melle dulcior:
non lacte candidior? Que epiſtole tāq̄ꝫ vbera eccleſiaꝝ po=
pulos enutriunt ad ſalutē. De ceruice ḡ apoſtoli pro ſangui=
j. Cor. xv. ne lac manauit. Legimꝰ ī ep̄la ipſiꝰ: q2 caro ⁊ ſanguis regnū
dei nō poſſidebūt. Iam igitur paulus poſſidet regnū: qđ caro
et ſanguis nō poſſunt: q̄ impedire dicūtur regnatuꝝ. Adhuc
ergo paulus in terris poſitꝰ iam in regni celeſtis ſubſtantiā
transformatur. Ideo fratres chariſſimi quotiēſcunqꝫ martyrū D
memorias celebramꝰ: pretermiſſis oībus ſeculi actibꝰ ſine
aliqua dilatione cōcurrere debemꝰ ad domū dei: reddere il=
lis honorificētiā: qui nobis ſalutē effuſione ſui ſanguinis pe
pererūt: qui tā ſacratā hoſtiā pro noſtra ꝓpitiatione dn̄o ſe
obtulerūt: preſertim cū dicat ad ſanctos ſuos oīpotens deꝰ.
Qui vos honorat me honorat: et qui vos ſpernit me ſpernit. Luce. x.
Quiſquis ḡ honorat martyres: honorat ⁊ chriſtū: ⁊ q̄ ſpernit
ſanctos: ſpernit chriſtum dominū noſtruꝫ: qui viuit ⁊c̄.

## In eodem feſto. Sermo. iij. In quo oſtendit duas eſſe claues eccleſie.

Cum oēs beati apoſtoli parē gratiā apud dominū Sermo.
ſanctitatis obtineāt: neſcio quo tn̄ pacto petrus et xxvij.
paulꝰ videntur pre ceteris peculiari quadā in ſalua A
tore fidei virtute ꝓcellere. Qđ quidē ex ipſius dn̄i
iudicio poſſumꝰ approbare. Nā petro ſicut bono diſpēſatori Mat. xvj.
clauē regni celeſtis dedit: paulo tāq̄ꝫ idoneo doctori gētiū:
magiſteriū eccl̄iaſtice īſtitutiōis iniūxit. ſ. vt q̄s iſte erudie=
rit ad fidē: ille ſuſcipiat ad ſalutē: vt quoꝝ corda paulꝰ pate=
fecerit doctrina verborū: eorū aīabus petrus aperiat regna
celoꝝ. Clauē em̄ quodāmodo a xp̄o ſciētie et paulꝰ accepit. B
Clauis em̄ dicēda eſt q̄ ad fidē pectoꝝ dura reſerantur: mētiū
ſecreta pādunt: et q̄cq̄d itrinſecus tenetur clauſū: in palā rōna=
bili manifeſtatiōe ꝓducit. Clauis inquā eſt q̄ ⁊ ꝯſcientiā ad
cōfeſſionē peccati apperit: ⁊ gr̄am ad eternitatē myſterij ſalu=
taris icludit. Ambo igitur claues a dn̄o ꝑceperūt: ſcientie iſte:
ille potētie. Diuitias imortalitatiſ ille diſpēſat: ſciētie theſau
ros iſte largitur. Sunt eni theſauri ſciētie: ſicut ſcriptū eſt: in q̄ Col. ij.
ſunt oēs theſauri ſapiētie et ſciētie abſcōditi. Ergo beati pe C
trus ⁊ paulꝰ eminēt ſup vniuerſos apl̄os: et peculiari quadā
prerogatiua ꝓcellūt. Uerꝫ inter ipſos q̄s cui ꝓponatur incertū
eſt. Puto eni illos eq̄les eſſe meritis: q̄ eq̄les ſunt paſſiōe: et
ſimili eos fidei deuotiōe vixiſſe: quos ſimul videmꝰ ad mar
tyrij gloriā ꝑueniſſe. Non eni ſine cauſa putemꝰ factū ꝙ vna
die vno in loco: tyrāni vniꝰ tolerauere ſentētiā. Una die paſ= ij. q. vij.
ſi ſunt: vt ad xp̄m pariter ꝑuenirēt: vno ī loco: ne alteri roma beati.
deeſſet. Sub vno ꝑſecutore: vt equalis crudelitas vtrūq̄ꝫ cō=
ſtringeret. Dies ḡ pro merito: locꝰ ꝓ gloria: ꝑſecutor decre=
tus ē ꝓ virtute. Et in q̄ tādē loco martyriū ꝑtulerūt ſcti apl̄i? D
In vrbe roma q̄ ꝓncipatū tenebat: ⁊ caput obtinet nationū:
ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitiōis erat: illic caput q̄eſceret ſan=
ctitatiſ: ⁊ vbi gētiliū ꝓncipes habitabāt: illic eccl̄iaꝝ morarē
tur ꝓncipes. Cuiꝰ aūt meriti ſint beatiſſimi petrus ⁊ paulus:
hinc poſſumꝰ itelligere: ꝙ cū dn̄s oriētis regionē ꝓpria illu
ſtrauerit paſſiōe: occidētis plagā ne q̄d minus eſſet: vice ſui
apl̄orū ſanguīe illumīare dignatꝰ eſt. Et licet illiꝰ paſſio no
bis ſufficiat ad ſalutē: tn̄ etiā hoꝝ martyriū nobis cōtulit ad
exēpluꝫ. Hodierna igitur die beati apl̄i ſanguinē ꝓfuderūt: ſꝫ E
videamꝰ cām q̄re iſta perpeſſi ſūt: ſcꝫ ꝙ īter cetera mirabilia
etiā ſimonē magū illuꝫ orōnibꝰ ſuis de aeris vacuo ꝓcipitij
ruina ꝓſtrauerint. Cū em̄ idē ſimō ſe xp̄m diceret: ⁊ tāq̄ꝫ fi
liū ad patrē aſſereret volādo ſe poſſe cōſcēdere: atqꝫ elatꝰ ſu=
bito magicis artibꝰ volare cepiſſet: tūc petrꝰ fixis genibꝰ ꝓ=
catꝰ eſt dn̄m: ⁊ ꝓcatiōe ſctā vicit magicā leuitatē. Prior em̄
aſcēdit ad dn̄m orō q̄ꝫ volatꝰ: ⁊ an̄ ꝑuenit iuſta petitio q̄ꝫ ini=
qua ꝓſumptio. Ante inquā petrus ī terris poſitꝰ obtinuit qđ F
rogauit: q̄ꝫ ſimō ꝑueniret ī celeſtia q̄ tēdebat. Tūc igitur petrꝰ
velut victū illū de ſublimi aere depoſuit: ⁊ quodā ꝓcipitio ī
ſaxo elidēs eiꝰ crura ꝯfregit. Et h̄ in opprobrio facti illiꝰ ē:
vt q̄ paulo ante volare tētauerat: ſubito āblare nō poſſet: ⁊ q̄
pēnas aſſūpſerat: plātas amitteꝫ. Sꝫ ne forte h̄ mirꝫ videatur
ꝙ magus iſte ꝓſente apl̄o ꝑ aereꝫ aliq̄ꝫdiu volitauerat: h̄ pa=
tientia petri fecit. Permiſit em̄ illū aliq̄ꝫdiu ſublimiꝰ aſcen=
dere: vt altiꝰ caderet. Uoluit eū in excelſum leuari a conſpe=
ctu omniū: vt ruentem illum de excelſo omniuꝫ peruiderent
oculi. Hec igitur eſt iniquitatis elatio: vt in altuꝫ ſe ferat: in
ſublime ſe erigat: ſed ſancta oratio omnē humiliat ſuperbiā:
vniuerſam deijcit vanitatem preſtante domino.

## In eodē feſto. Sermo. iiij. In quo dicit ꝙ cū petrus linea caſſa laxaret in freto / chriſtus retia miſit in verbo.

Sermo. xxviij. A Piſcatoris ⁊ perſecutoris ſacratiſſimū diem gemi-
ne feſtiuitatꝭ occurſu deuotione p̄cipua hodie ce-
lebremus. Jlle quo retia euaſit ſeculi: iſte q̄ ex pre
done cōfeſſor factꝰ eſt xp̄i. Elegit ecce duos: vnū
piſcatorē: alterꝝ graſſatorē. Jllū vocat ex littore: iſtū clamat
ex itinere. Jllū acceſſit ex ponto: iſtū terret de celo. Cū igiꝛ
petrus linea caſtra laxaret in freto: xp̄s retia miſit in verbo.
Cepit chriſtꝰ: cepit ⁊ petrus. Chriſtus diſcipulū: petrus pi-
ſciculū. Et dum circūdat gentē ſquameā: ipſe venit in retia.
Preteriēs (inq̄t) ieſus vidit duos fratres: ſimonē qui diciꝛ
petrus: ⁊ andreā fratrē eiꝰ retia mittētes in mare. Erant enī
Mat. iiij. piſcatores. Quibꝰ chriſtus ſic ait. Venite inq̄t poſt me et fa-
B ciam vos fieri piſcatores hominū. At illi relictis retibꝰ: ſecu
ti ſunt eū. Stabat petrus mobilitate gurgite pēdulus: ⁊ in-
ter obſcuras aquas inquieti maris: victū quē nō habebat ar
tificio requirebat: nutabat ſup ambiguā vndā: vt poſſit inue
nire capturā. Vario fertur referturq̄ veſtigio: ſtat mobilis:
et mouebaꝛ ſtabilis. Rimatur iter ceteros marini germinis
fluctꝰ: ſub obſcura vmbra fugitiuā iſequiꝛ predā maculoſus
partes fit: ceca piſcibus in mari cuſtodia. Et dū inſidiaꝛ pe-
trus gregibꝰ equoreis piſciū in mari: ipſe in rete incidit ſal-
uatoris. Fit de predone p̄datio / de piſcatore piſcatio / de pi-
vbi ſ. rata captiuitas. Venite (inq̄t) poſt me: et faciā vos piſcato-
res hominū. At illi relictis retibꝰ ſuis ſecuti ſunt eū. Dū vel-
let petrus inani muro querēs concludere piſceꝫ: hamo verbi
chriſtus et ip̄m tenuit piſcatorē. Diſtēdebat petrus ſinu lini
voluit in ſe vacuā cortinaꝫ: ⁊ dū inſequiꝛ grauidi ſemp equo
ris prolē: captorem ſuū emptorem: ſaluatorē trahebat et tra-
hebatur. Exercebat in equore violentiā et patiebaꝛ in mēte
capturā. O aque genus pirata reptiliū: deſeruiſti artificiū
hoc quē mutaſti de piſce ad piſcem. Eſt enīꝫ chriſtus piſcis
Tobie. vj. ille qui ad tobiā aſcendit de flumine viuus: cuius iecore per
paſſionē aſſato: fugatus eſt diabolus: et per amaritudinē fel
lis afflatꝰ eſt cecus: ⁊ illuminatꝰ eſt mūdus. De piſce inquā
ad piſcē: de rete ad eccleſiā: de mari ad fonteꝫ: de captura fa
ctus eſt factura. Reliquit ergo ſalū fluctuantē: ⁊ cepit ambu
lare poſt piſcē. Similitudo artis inflāmat deſideriū audien
tis: vt qui ante capturā latebat i ſalo verbi nūc retia ſpargat
in mūdo. Tunc enī piſces induxit: nunc autē hoīes ſagenis
C ſpiritalibꝰ irretiuit. Paulus autē paruus: ſed ex paruo ma-
gnus: dū diceret ſaulus: ſyderee vocis tuba conterritꝰ: certe
Act. ix. eliſus audacia: vt ſeminet erectus in mūdo doctrinā. Saule
(inquit) ſaule q̄d me p̄ſequeris? Jbat igiꝛ ſaulus furijs iue-
ctus: duri pectoris efflabat incēdiū: ſanctorūq̄ ſanguinē ſi-
tiens: per totā iudeā alienꝰ ferebaꝛ inſania: vt chriſti mēbra
laniaret i terris. Fit vna religione crudelis: vt queſtionariꝰ:
et inocētiū per cāpos ſceleratiſſimi aggeris euacuatꝰ: vt iu-
dea que pridē ſeuierat in capite: crudelitatē exerceret in cor
pore. Acceperat enī ſaulus poteſtatē a principibꝰ ſacerdotuꝫ:
vt hoīes fidei nr̄e occideret: et germinantē fidei campū ma-
nu nefaria detrūcaret. Dū ergo portat ſaulus funereū cōtra
milites chriſti gladiū: fulmineū de celo accepit teſtimoniū.
Dum craſſat percutiꝛ: dū chriſti ſanctos p̄ſequiꝛ: violēto ra-
dio celeſtis luminis cecaꝛ. Et q̄ aduerſus deuꝫ erigebaꝛ: di-
D uina voce terribiliter ꝓſterniꝛ. Saule (inq̄t) ſaule q̄d me per
ſequeris? Caput ꝓ mēbris clamat. Jnquietaꝛ corpus: ⁊ into
nat xp̄s i celis. Saule ſaule quid me p̄ſequeris? Quid eſt q̄d
muget populus / muget archanū: ⁊ cōtra ſeuitiā pauli ꝓuin-
cia cōqueriꝛ celi: vt qui nō crediderat reſurgentē: ſaltē crede
ret i celis ſedentē: et qui defuncto apoſtoloꝝ dn̄o aſſueuerat
ex ſepulchro mēdaciū: de celo viuētꝭ acciperet teſtimoniū?
Saule (inq̄t) ſaule q̄d me p̄ſequeris? Subito igiꝛ ad iſtā di-
uinā vocē increpatiōis infixus in terrā ⁊ ſeuitiā p̄dit ⁊ ſemi
tam: deponit feritatem ⁊ incurrit oculoꝝ cecitatē. Cepit hr̄e
ductores quos habuerat ante p̄ſecutores. Vbi nā paule cur
rebas: q̄ currebas? Ecce nūc aberrās queris locū: et q̄ per-
ſequebaris xp̄m: cecus curris ad manū. O ſaule rapax lupe:
comedes ſed expecta paululū et digerēs digereris. Credis
ergo ſaule in deo: adhibes fidē p̄fido? Non ſolēt iſte manꝰ in
ſanguine pollui: niſi te adhuc ab eis videris cruciari. Par
erat generi tuo q̄ crucifixerat chriſtū: inſuper ⁊ manus mit-
tere nō formidauit in celū. Expreſſit patibulū: poſuit i oſtia
ſepulchri cuſtodes. Jam xp̄s aſcēdit ad patrē ⁊ adhuc geni
Mat. xxiij trix tua nō caret ſeueritate. O iudea ꝓphetaruꝫ ſanguine te-
mulēta / nondū ſatiata es a ſanguine abel vſq̄ ad ſanguinem
zacharie? Flumina tui ſceleris ſpumāt: ⁊ te adhuc vſq̄ nō ſa
tiant. Ab origine mūdi ſanguinē bibis ⁊ adhuc ſitis / necdū
tui facinoris vnda ſiccauit etiā alueo tui ſceleris ſitis. Mo-
do chriſtū patibulo crucifixiſti: et tā cito crudelitate ſangui
nis aruiſti? Sed ecce proſterniꝛ audacia tua: vt ſanctitas eri
gaꝛ. Cadit miles diaboli: vt ſurgat ſignifer xp̄i. Mittit pe- C
trus in ſeculū retiaculū: circūfert paulus dominicū in mūdo
vexillū. Et iſte piſcator hoīm: ⁊ ille titulat ſigno crucis gen-
tiles. Currūt itaq̄ vterq̄ ad palmā martyrij: ⁊ vterq̄ ꝑueni-
unt ad coronā. Nō quidē eodē tp̄is curſu: ſed eodē anni ver-
tentis occurſu. Petrus ꝓ xp̄o capite deorſum verſo in ligno
ſuſpēdiꝛ: paulus ꝓ chriſto gladio trucidaꝛ. Jlle ꝓprijs greſ
ſibꝰ ꝓficiſcebaꝛ ad chriſtū oculiſq̄ ſuperiora reſpiciēs beatū
ſpiritū deducebat ad celū: iſte ceruicē curuat ad penā: ⁊ offe-
rebat ceruicē capitis ad coronā. Petrū crux necat: paulum
gladiꝰ immolat. Duo genera ſupplicioꝝ dn̄i ⁊ chriſti in duo
bus ap̄lis chriſti. Petrus patiꝛ crucē: paulꝰ ſentit pugionē.
Piſcatorē ſuſpēdit hamus crucis / p̄ſecutorē mucro minuit
perſecutoris. Nūc ad memoriā piſcatorꝭ flectūtur genua im
peratoris. Jbi radiant gemme diadematis: vbi fulgent be-
neficia piſcatoris. Ex piſcatore fecit dominus apoſtoloruꝫ
principem: ex perſecutore fecit ap̄licum cōfeſſorem. Preſti
tit paſſio ſocios: quos fecerat fidei p̄dicatio copulatos. Ve-
neremur ergo principes gregis noſtri: ſi volumus caulas in
trare paſtoris.

## In eodem feſto. Sermo. v. Jn quo dicit q̄ pe trus et paulus erant diſpares partiū ſtudijs: ſed operum meritis pares.

Hodie duos chriſtiani noīs fundatores exultātis Ser. xxix.
eccleſie feſta cōcelebrāt. Hi enī duo electi ſunt ad A
duorū populoꝝ ſalutē. Petrus ad iudeoꝝ: paulꝰ
ad gentiū. Petrus vt in iudea veterē ac deſertum
agrū repararet: atq̄ eū ſub vmbra legis ifructuoſum ⁊ a calo
re veri ſolis abſconditū fidei ſalubritate ⁊ gratie fecūdaret:
paulus vero ad gētes mittiꝛ: ⁊ ad terraꝫ nouā que nullā ante
dederat frugē: nullū fuerat expta cultorē: q̄ aratro dn̄ice cru
cis proſcinderet: ⁊ in rudi cāpo chriſti nouellā infatigabilis
oparīꝰ excitaret. Petrus itaq̄ vineā vbi iā fuerat reparat:
paulus plātat vbi nō erat. Petrus in iudeis arborē ab anti-
qui germinis nobilitate degenerē: in radice ſua excolit: pau
lus xp̄o in alieno fomite p̄egrinos ponit gentiū ramos. Pe-
trus in iudeis terrā male fecūdā excolit: paulꝰ in gētibꝰ non
dum cultā fecūdat. A petro in iudea olea reparaꝛ: a paulo in Roꝫ. xj.
gentibꝰ oleaſter inſeriꝛ. Petrus i iudeis mollit duritiā: pau
lus in gētibꝰ illuminat ignorātiaꝫ. Petrus tenebras ⁊ vitia
pellit ex oculis: paulꝰ reddit oculos a natiuitate cecatꝭ. Va-
rio ac diuerſo genere inumeri ppl̄i ad vniꝰ regis militiā cō-
gregaꝛ: ac ſic duo potētiſſimi duces. petrus antiquū de ve-
teribꝰ reducit: paulꝰ nouū de tyronibꝰ xp̄i cōducit exercitū.
Diſcurrūt itaq̄ ꝑ vniuerſum mūdū duo ſplēdidiſſimi nego-
ciatores / portātes corā gētibꝰ ⁊ regibꝰ et filijs iſrael p̄cioſa
fidei mercimonia. Circūferūt aromata iuſticie: thura diui-
ne venerationis: icēſum cōpūctionis: balſamū caſtitatis. Jlli
igiꝛ ſal prudentie ſpiritalis: de quibꝰ diciꝛ. Vos eſtis ſal ter Mat. v.
re: quibꝰ vtiq̄ aīe cōdiaꝛ: vt iuiolate ab eterna pctī corru-
ptione ſeruenꝛ. Erogāt ꝑ omnē terrā ſpiritales diſpēſatores B
precia ſalutis theſauros ſanctitatꝭ. Querūt q̄s ſecū ad celos
attrahāt p̄iſſimi aīaꝝ parētes: diſpares partiū ſtudijs: ope
rū meritꝭ pares. Eq̄les enī illos ac ſimiles ꝑ varia ac diuer-
ſa virtutū gn̄a dixerim. Nā ⁊ ſi cū petro xp̄s vixit i terris: ſꝫ
paulū cōpellere nō dedignaꝛ e celis: adhuc etiaꝫ p̄ſequentē.
Sed in ope p̄ſequētis ap̄li fidē preuidebat: et ideo q̄ ꝓſpe-
xit zelū: honorauit affectū. Et quia ſub ꝓpoſito placēdi deo
agebaꝛ ignarus ad culpā: ſtatim poſt admonitionē cucurrit
deuotus ad gratiā. Quobrem ⁊ ſi in corpore non eſt locutus
cum chriſto paulus: non minꝰ eſt illud q̄d locutus eſt chriſtꝰ
in paulo: dicente eodem. An experimentum queritis eius q̄ ij. Cor. xiij
in me loquiꝛ chriſtus? Ac ſic quē foris predicationibꝰ p̄fere
bat: intus corde geſtabat. Neſcio igitur quid ei defuerit ſan-
ctitatis: de cuius pectore dn̄s quaſi de peculiari templo ſuo
ſalutaria populis reddebat oracula. Petrus ambulare ſup C
aq̄s debita ſoli deo poteſtate p̄ſumpſit: et rerū obſtāte natu- Mat. xiiij.

ra ꝑ inſueti itineris nouas vias pendulũ inferẽs greſſum tu
mentia maris dorſa calcauit: ſed non minor paulus qui ſicut
ij. Cor. xj. ipſe de ſe dicit: nocte ⁊ die in ꝓfundo maris fuit. Non minor
Jone. ij. inquã paulus quẽ velut noui teſtamẽti ionam: die ac nocte ꝑ
maris ꝓfunda iactatũ abſorbuit fluctꝰ et reddidit: q̃ſi ſacrũ
depoſitũ violare nõ audẽs: qȝ famulatrix eũ vnda cuſtodiẽs
illeſum populoꝝ predicationibꝰ reſeruabat. Hic ẽ quoqȝ be-
atus petrus in illa celeſtiũ diſcipuloꝝ ſchola ꝑcipuus: ac pri
mus idoneus q̃ verba vite ex chriſti ore ſuſcipiens: ꝑ euãge-
lij poteſtatẽ iudeorũ gentẽ perditã quereret: ⁊ abdicatos ad
hereditatẽ vocaret: interpres legis: aſſertor gr̃e: deſtructor
ſynagoge: eccleſie repator: et iõ ſolus iter apoſtolos meruit
Mat. xvj. audire. Amẽ dico tibi: qȝ tu es petrus: et ſup hanc petrã edi-
ficabo eccleſiã meã: dignꝰ certe q̃ edificãdis in domo dei po
pulis: lapis eſſet ad fundamẽtum: colũna ad ſuſtẽtaculũ: cla
D uis ad regnũ. De hoc ait ſermo diuinꝰ. Et ponebãt inquit in
Actuũ. v. firmos ſuos: vt vmbra ſaltem tranſeũtis petri obũbraret eos.
Si tũc opem ferre poterat vmbra corpis: quãtomagis nunc
plenitudo virtutis? Si tũc ſupplicãtibus ꝓderat aura que-
dam ptranſeũtis: quãtomagis gratia nunc pmanẽtis? Me-
rito per oẽs chriſti eccleſias auro ꝓcioſius habet ferrũ illud
penaliũ vinculoꝝ. Si tã medicabilis fuit obũbratio viſitan
tis: quãtomagis catena vinciẽtis? Ut vmbra inquã trãſeun
tis petri obũbraret eos. Si inanis quedã ſpecies vacue ima
ginis hr̃e potuit in ſe vim ſalutis: q̃to plus de corpe merue-
runt attrahere ſalubritatis ferreo pondere ſacris ipreſſa mẽ
bris vincula paſſionis? Si ad pſidia ſupplicãtiũ tam potẽs
fuit ante martyriũ: quãtomagis efficax poſt triũphum? Fe-
lices illi nexus q̃ de manicis ⁊ cõpedibus in coronã mutãdi:
apoſtolum contingẽtes martyrẽ reddiderũt felices catene: q̃
nudatis pene oſſibꝰ iherẽtes: viuas reliquias de ſanguinis
ſudore iã attrita carne rapuerũt: tactuſqȝ membroꝝ cruciatꝰ
ſui ſanctificat iſtrumentũ: in quo dũ afflictio creſcit ad penã
cauſa pene ꝓficit ad gloriã. Felicia vincula que reũ ſuũ vſqȝ
ad chriſti crucẽ non tã condẽnatura q̃ cõſecratura miſerũt.
Jn illa itaqȝ cruce imitari metuẽs ſacrificium redẽptoris: ca
pite in terra demergi elegit. O virtus humilitatis ingenite:
honorari etiã ſupplicij genere ptimeſcit: ⁊ q̃ nõ recuſat dñici
tormẽta patibuli: ſimilitudinẽ expaueſcit triumphi.

¶ Itẽ in eodẽ feſto. Homelia de eo qđ ſcriptum
Mat. xvj. eſt in euãgelio ſm Mattheũ. Uenit ieſus in par
tes ceſarie philippi ⁊c. que iſerta eſt in ſermone.
xxxj. de Uerbis apl̃i lr̃a B. ⁊ ſeq̃ntibꝰ. fo. xcvij
¶ Itẽ in octauis eorũdem apoſtolorũ. Home-
lia de eo qđ ſcriptũ eſt in euãgelio ſm Mattheũ
Mat. xiiij Juſſit diſcipulos aſcẽdere in nauiculam ⁊c. que
ſumpta eſt ex ſermonibus de Uerbis dñi. xiij. ⁊
xiiij. folio. xliij. et. xliiij.

De ſancta Maria magdalena.

¶ Jn feſto ſancte Marie magdalene. Homelia
Luce. vij. de eo qđ ſcriptũ eſt in euangelio ſm lucã. Roga-
bat ieſum phariſeus quidam ⁊c. Jncipiens. Qđ
admonemur ⁊c. que habetur in libro Quinqua-
ginta homeliaꝝ. xxiij. fo. cxxj.

De ſancto Petro ad vincula.

¶ Jn feſto ſãcti Petri ad vincula. Homelia de
eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Mattheũ.
Mat. xvj. Uenit ieſus in partes Ceſarie philippi ⁊c. que
inſerta eſt in ſermone. xxxj. de Uerbis apl̃i litte-
ra. B. et ſequẽtibus. fo. xcvij.

De ſancto Laurentio.

¶ Jn feſto ſancti Laurentij. Sermo. j. Jn quo
dicit q̃ tanta erat gloria martyrij eiꝰ vt paſſione
ſua mundũ illuminaret vniuerſum.

Sermo. xxx. BEatiſſimi laurentij martyris: cuius natalem ho-
die celebramus: paſſionẽ noſſe vos credo: ⁊ quãta
B in perſecutione ptulerit: dilectionẽ veſtram ſcire
poſſe nõ dubito. Tãta enĩ eius martyrij gloria ex-
titit: vt paſſione ſua mundũ illuminauerit vniuerſum. Illu-
minauit mũdum plane laurẽtius eo lumine quo ipſe accen-
ſus eſt: et flãmis quas ipſe pertulit: oĩm xp̃ianoꝝ corda ca-
lefecit. Quis nolit ad horã vri laurẽtij igne: vt eternũ gehen
ne nõ patiat incendiũ? Beati igit laurẽtij exemplo ꝓuoca- B
mur ad martyriũ: ⁊ accẽdimur ad fidẽ: incaleſcimꝰ ad deuo
tionẽ: et ſi in nobis pſecutoris flãma deeſt: fidei tñ flãma nõ
deeſt. Non ardemꝰ quidẽ corpore pro chriſto: ſed ardemꝰ af
fectu. Nõ ſubijcit mihi perſecutor ignẽ: ſed ſubijcit mihi de-
ſiderium ſaluatoris. Eſſe autẽ ſaluatoris ignẽ legimꝰ in euã
gelio: dicente eodẽ domino. Neſcitis qȝ veni ignem mittere Lu. xij.
in terram: et quid volo niſi vt accendat? Quo igne ſuccẽſi il-
li duo diſcipuli dixerũt. Nonne cor noſtrũ ardens erat in no Lu. xxiiij.
bis: dũ loqueret in via: ⁊ aperiret nobis ſcripturas? Hoc igi C
tur igne beatus laurẽtius accẽſus: flãmarũ non ſentit incen-
dium: et dũ chriſti ardet deſiderio: pſecutoris penã non ſen-
tit. Jnquãtũ enĩ in illo fidei ardor fuerit / itantũ ſupplicij flã-
ma frigeſcit. Corporali enĩ beatꝰ laurẽtius laborat incẽdio:
ſed diuinus ſaluatoris ardor materialẽ tyrãni reſtrinxit ar-
dorem. Uuis enĩ in fauilla membra ſoluant: fidei tamẽ for-
titudo non ſoluit. Corporis quidẽ detrimentum ſuſtinet: ſed
lucrũ ſalutis acquirit. Non enĩ fratres beatus laurẽtius bre
ui vel ſimplici paſſione perimitur. Nã qui gladio percutit:
ſemel moritur: qui in flãmarũ camino mergit vno impetu li-
beratur: hic autẽ longa ⁊ multiplici pena cruciat: vt mors ei
aſſit ad ſupplicium ⁊ deſit ad finẽ. Dicitur enĩ ab illo ſeuiſſimo D
perſecutore hec beato laurẽtio cõſtituta pena: vt ardẽtiũ ex
poſita maſſa carbonũ / inſuper eũ ferrea crate diſtentũ lenta
flãma cõſumeret: vt nõ tam inflãmando cito interimeret ho
minẽ: q̃ diu exurẽdo torqueret: ita vt cũ vnũ latus exuſtũ ꝑ-
ſecutor cerneret: aliud latꝰ ignibus obijceret exurendo. Le- Dañ. iij.
gimus ananiã: azariam ⁊ miſabelẽ beatiſſimos pueros a re-
ge in camino ignis icluſos: in penarũ ſuarũ deambulaſſe flã
mis: ⁊ igneos globos pedibꝰ cõculcare. Unde ⁊ beatꝰ laurẽ
tius nõ minori eſt gloria preferẽdus. Si quidẽ illi in penarũ
ſuarum flãmis ambulabãt hic ⁊ in ipſo ſupplicij ſui igne di-
ſcũbit. Illi veſtigijs pedũ conculcarũt incẽdia: iſte laterum
ſuoꝝ diffuſione extinguit. Illi inquã ſtãtes in pena eleuatis
manibꝰ orabãt ad dominũ: hic autẽ pſtratus i ſua pena: toto
corpe dominũ depcat. Itex ergo beatꝰ laurẽtius in dorſum E
ſupinꝰ vertit: ⁊ renes eiꝰ ignibꝰ exurunt: vt impleret pſalmi
ꝓphetia: q̃ dicit ex pſona laurẽtij. Proba me dñe ⁊ tẽta me: Pſ. xxv.
vre renes meos ⁊ cor meũ. Ure inq̃t renes meos et cor meũ.
Duplici ſe poſtulat igne cõburi. Nã ſi de ſolo mũdi igne loq̃
retur: ſufficeret renes tãtũ exurẽdos incẽdijs obtuliſſe. Cor
autẽ niſi flãma chriſti nõ vrit: atqȝ iõ ad cõprobãdã deuotio
nem ſuã geminũ ſibi ignẽ poſtulat: vt luctamine habito oſtẽ
dat in ſe plus poſſe amorẽ xp̃i q̃ penã tyrãni. Oremꝰ igit fra F
tres beatũ laurẽtiũ: qui dũ fide ſua pſecutoris flãmas vicit:
oſtẽdit nobis ꝑ ignẽ fidei gehẽne incẽdia ſuperari: ⁊ amore
chriſti diẽ iudicij nõ timeri. Nos vero fratres dilectiſſimi ſi
ad cõſortiũ ſanctoꝝ martyrũ peruenire volumꝰ: de imitatio
ne martyrũ cogitemꝰ. Debẽt enĩ in nobis aliq̃d de ſuis virtu
tibus recognoſcere: vt pro nobis dignentur dño ſupplicare.
Si enĩ tormenta que ſancti martyres pertulerũt ſufferre nõ
poſſumus: vel cõtra malas concupiſcẽtias ipſis interceden
tibus repugnemus. Et quia nõ deſunt q̃tidiana peccata: nõ
deſint etiã quotidiana remedia. Nemo ſe credat aliquã feli G
citatem aut aliquod verũ gaudium in hoc ſeculo poſſidere.
Beatitudinẽ hic preparare poteſt: poſſidere nõ poteſt. Duo
ſibi tẽpora ordine ſuo ſuccedunt: tẽpus flendi: et tẽpus ridẽ-
di. Nemo ſe circũueniat fratres: nõ eſt in hoc mundo tẽpus
ridẽdi. Scimus fratres: q̃ oĩs homo gaudere deſiderat: ſed
non toti ibi querũt gaudiũ vbi oportet inquiri. Uerũ in hoc
mũdo gaudiũ nec fuit nec eſt nec eſſe poterit. Sic enĩ ipſe do
minꝰ in euãgelio ſuos diſcipulos admonet dicẽs. Jn h mũ- Joh. xvj.
do preſſurã habebitis. Et iteꝝ. Mundꝰ gaudebit: vos autẽ
contriſtabimini: ſed triſticia veſtra vertet in gaudiũ. Ac ſic
in hac vita cum labore: et dolore qđ bonũ eſt auxiliante dño
faciamus: vt in futuro ſeculo bonorũ fructus colligere cum
gaudio et exultatiõe poſſimꝰ: preſtante dño noſtro ieſu xp̃o
qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Jn eodem feſto. Sermo. ij. Jn quo declarat
cur regnũ celorum grano ſinapis comparet.

Ser.xxxj. A Dicit dominus in euangelio. Cui ſimile eſt regnū
dei? Et cui ſimile illud eſtimabo? Simile eſt gra
no ſinapis: quod acceptum homo miſit in hortuꝫ
Luce.xiij. ſuum: et creuit et facta eſt arbor: ⁊ volucres celi re
quieuerunt in ramis eiꝰ. Mouet fortaſſe ſenſus veſtros: qua
re regnum dei tam preclarū atqꝫ magnificum grano ſinapis
exiguo comparetur: et ſpei noſtre in ſe tam grande ſolatium:
rei viliſſime ſimile eſſe dicamus: preſertim cum alibi idē do
Mat.xvij. minus diſcipulis ſuis dicat. Si habueritis fidem ſicut gra
num ſinapis: dicetis huic monti: tollere et iactare in mare ⁊
fiet. Igitur ſi fides tanta eſt que poteſt ab ipſis ſedibus mon
tium fundamenta transferre: neceſſario et granū ſinapis ma
gnum eſt: ad cuiꝰ ſimilitudinem fidem habere compellimur
Magnum autem diximus: non ſpecie ſed virtute: et fidei
non qualitate oleris comparādum: ſed vigore acrimonie co
B equandū. Nam ſi diligenter intendamus: inueniemus a do
mino recte hanc ſimilitudinem comparatam. Sicut enī gra
num ſinapis prima fronte ſpeciei ſue eſt paruum: vile: deſpe
ctum: non ſaporem preſtans: non odorem circumferens: non
indicans ſuauitatem. At vbi teri ceperit: ſtatim odorem ſuū
fundit: acrimoniam exhibet: cibuꝫ flammei ſaporis exhalat
et tanto caloris feruore ſuccenditur: vt mirū ſit in tam friuo
lis tantum ignem fuiſſe concluſum. Cuius etiam ſemen in ci
bum homines hyemis precipue tempore magna pro ſuaui
tate percipiunt q̄tenus repellant frigora: humores egerant:
viſcerum interna calefaciant. Sepe etiam ex hoc capiti ad
hibent medicinam: vt ſi quid inualidū: ſi quid egrotū fuerit
ſinapis igne curetur. Ita ergo et fides chriſtiana prima frō
te videtur eſſe parua: vilis et tenuis: non potentiam ſuā oſtē
dens: non ſuperbiam preferens: non gratiam ſubminiſtrans
At vbi diuerſis tentationibus teri ceperit: ſtatim vigorem
ſuum prodit: acrimoniam indicat: calorem dominice credu
litatis aſpirat: et tanto diuini ignis ardore iactatur: vt ⁊ ipſa
ferueat et participantes ſibi ardere compellat. Sicut in ſan
cto euangelio duo ex diſcipulis dixerunt dum cum ipſis poſt
Lu.xxiiij. paſſionem ſuam dominus loqueretur. Nōne cor noſtrū erat
ardens in nobis in via: dum aperiret nobis ſcripturas domi
nus Jeſus? Ergo granum ſinapis membrorum viſcera cale
facit: fidei autem vigor cordium peccata comburit. Et illud
quidem aſperum algorem frigoris remouet: hec autem deli
ctorum diabolicum frigus expellit. Sinapis inquam granū
humores decoquit corporum: fides autem libidinum fluēta
conſumit. Et per illud medicina capitis procuratur: per fidē
autem ſpiritale caput noſtrum quod eſt chriſtus dominus ſe
pius refouetur. Sed et fidei iuxta comparationem ſinapis
ij.Cor.ij. ſancto odore perfruimur. Sicut ait apoſtolus beatus. Quo
C niam chriſti bonus odor ſumus deo. Igitur ſanctum marty
rem Laurentium grano ſynapis poſſumus comparare: qui
diuerſis attritus paſſionibus: per totum orbem gratia me
ruit ſui fragrare martyrij. Qui ante conſtitutus in corpe erat
humilis: ignotus et vilis: poſtea q̄ꝫ vexatꝰ: laceratus: exuſtꝰ
eſt: vniuerſis per totum mundum eccleſijs odorem ſue nobi
litatis infudit. Recte igitur huic comparatio copulatur. Si
quidem granum ſinapis cum teritur accenditur: Laurētius
cū patitur inflammatur. Illud feruor attritionis ſue mouet:
hic ignem plurima vexatione ſuſpirat. Sinapis inquam in
vaſculo calido decoquitur: Laurentius in craticula flam
marum igne torretur. Ardebat itaqꝫ extrinſecus beatus lau
rentius martyr tyranni ſeuientis incendijs: ſed maior illum
intrinſecus chriſti amoris flamma torrebat. Et q̄uis rex im
probus ligna ſubijceret: incendia maiora ſupponeret: tn̄ ſan
ctus Laurentius has flammas fidei calore non ſentit: et dū
chriſti precepta cogitat: frigidum eſt illi omne quod patitur
Nec enim poteſt in viſceribus ignium tormenta ſentire: qui
ſenſibꝰ paradiſi refrigeria poſſidebat. Licet iaceat ante pe
des tyranni exuſta caro corpus exanime: nihil tamen detri
menti patitur in terris: cuius animus demoratur i celis. Ex
tenditur ergo ſuper flammarum ignitos globos: et vexatur
in latera: ſed quantum plus penarum tormenta patitur: tāto
amplius chriſtum dominum pertimeſcit. Nouo admiratio
nis genere alius illum torquet: et alij ſeuienti tormenta pro
ficiunt. Deuotiorem Laurētium ſaluatori ſupplicia atrocio
ra fecerunt.

## In eodem feſto. Sermo. iij. In quo oſtendit beatum laurētium inter oēs martyres precipue eſſe venerandum propter tria.

Cum omnes beatos martyres quos nobis anti Ser.xxxij
quitas tradit honorificētia digna miremur: pre A
cipue tamen beati Laurētij martyris triumphū
debemus tota deuotione ſuſcipere. Maiorem er
go affectum ibi debeo: vbi credulitatem meam cogit cōtem
platio: q̄ꝫ vbi fideꝫ meam hortatur opinio. Maiorem inquā
affectum ibi debeo: vbi per ea que vidi compellor deuotione
credere: etiam illa que non vidi. Nam cum audio aliquanta
mihi impoſſibilia videbantur: ſed cepi ea potuiſſe credere
fieri: dum ſimilia facta eſſe cōſpexi. Et ideo temporis noſtri
paſſio: hanc nobis tribuit conferre gratiam: vt fidem preteri
tam confirmaret. Supradictū igitur virum beatum tota de
bemus deuotione ſuſcipere. Primū quia precioſum ſangui
nem ſuum propter dominum tradidit. Deinde q̄ prerogati
uam nobis apud dominum noſtrum non minimam tribuit:
oſtendens qualis eſſe debeat in chriſtianis fides. Tertio q̄
idem tam ſancte conuerſationis fuerit: vt coronam martyrij
tempore pacis inuenerit. Sed cum ſanctitate tanta beatum B
Laurentium pro chriſti nomine vidiſſent certare gentiles:
erroreſqꝫ eorum manifeſtos rationabili caſtigatione cōuin
ceret: tunc illi inebriati furore rapuerunt eum: et cede crude
liſſima ſauciarunt: tunc beati viri corpus flammis in crati
cula tradiderūt. Vere beatum corpus: quod non ad penam
funeſtus ignis: vel tormenta a fide chriſti immutauit: ſed ad
requiem dominicam ſancta religio coronauit. Sed et ipſa
flamma ideo ſuſcepit martyrem non vt eam a fide ſua ignis
mutaret: ſed vt probatum domino ſuo redderet. Tali enī in
cendio beata conſecrata ſunt viſcera: non condemnata. Con
uenit huic paſſioni quod ait apoſtolus. Ipſe aūt ſaluus erit j.Cor.iij.
ſic tamen quaſi per ignem. Saluus enim iſte factus eſt: dum
venerabilis confeſſionis eſt incendio concrematus. Hec eſt
ergo tota cauſa paſſiōis fratres propter quam morti addictꝰ
eſt ſanctus vir: q̄ ſui ſimiles ceteros hortaretur. Nam exhor
tatio illa in tantū profecit: vt illo a ſeculo recedēte: fides eius
regionis ipſius loca vniuerſa peruaſerit. Ita chriſtus tūc in
beato martyre ſuo laurētio perſecutiōes paſſus eſt: nūc illic
plurimi chriſtianoruꝫ exultant in populis. Sufficere nobis C
debent ad profectum ſalutis noſtre martyrū exempla ſancto
rum: qui propter adipiſcendam celeſtem coronam omnibus
ſe mandatis dominicis ſubdiderūt: et ita cūctis deuinxerūt
ſe legibus ſaluatoris: vt propter anteactā vitā mererent ad
hanc martyrij gloriā peruenire. Non enī illo in tpe tantū per
fecerunt preceptum dn̄i: quo confeſſionis ſuppliciū pertule
rūt: ſed neceſſe fuit illis prius ſm̄ euangeliū vixiſſe vt chriſti
paſſionibꝰ participarentur. Neceſſe eſt inquā vt initia bona
fierent quorū finis eſt optimus ſubſecutus: et martyres eos
non ſolum fuiſſe cū paſſi ſunt: ſed etiā tūc martyres chriſti eē
cum viuerent. Martyr enim grece latine teſtis dicit̄. Igitur
quotienſcūqꝫ bonis actibus mandatum xp̄i facimus: totiēs
xp̄o teſtimoniū perhibemus. Unde ⁊ crux dn̄i non tantū illa D
dicitur que paſſionis tempore ligni affixione cōſtruitur: ſed
illa q̄ totius vite curriculo cunctarum diſciplinaꝝ ꝟtutibus
coaptat̄. De qua mihi videtur ſaluator dicere. Qui vult poſt Mat.xvj.
me venire: tollat crucē ſuā et ſequatur me. Nunquid enī oēs
martyres qui ſecuti ſunt dominum: crucifixi ſunt cū domio?
Nunquid oēs virgines qui iuxta Apocalypſim ſequuntur Apoc.xiiij
agnum dei: crucifixe ſunt vt ſequātur? Nunquid paulꝰ apo
ſtolus crucifixus fuerat cū dicebat. Mihi aūt abſit gloriari Gal.vj.
niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti: per quem mihi mūdꝰ
crucifixus eſt et ego mūdo. Hoc autē dicit: vt intelligas cru
cē non ligni eē patibulū: ſꝫ vite ꝟtutiſqꝫ ꝓpoſitū. Tota igit̄
vita xp̄iani hoīs ſi ſm̄ euāgeliū viuat: crux ē atqꝫ martyriū.

## In eodem feſto. Sermo. iiij. In quo oſtēdit quomodo ſinapis ſemen confert ſanitatem.

Cui ſimile eſt regnū celorū: et cui ſimile eſtimabo Sermo
illud ait dn̄s. Simile ē grano ſinapis. Multa pre xxxiij.
ſtrinximus: quibꝰ probaremus regnuꝫ dei grano Luce.xiij.
ſinapis nō immerito cōparari: et diſtantiā in ſola A
eſtimatiōe eē ꝟborꝫ: nō i collatiōe ꝟtutū. Si q̄dē xp̄iana fides
q̄ regnū dei ē: eādē ꝟtutē obtinet: q̄ ſinapis natura depromit
Nā ſicut ſinapis granū cū ſumimus vultu contriſtamur: frō

re contrahimur: ad lachrymas permouemur: ⁊ ipſam ſalubri
tatem corporis noſtri cū quodā fletu auſteritatis accipimus
Illinc enim amaritudo nos exaſperat: acrimonia penetrat:
hinc calor ignei saporis accendit: et toto perturbati corpore
tunc magis ſani efficimur cū amplius deploramꝰ. Ita ergo
et cum fidei chriſtiane mādata pcipimus: contriſtamur aīo:
affligimur corpore: ad lachrymas permouemur: et ipſam ſa
lutem noſtrā cum quodam fletu ac merore ꝯſequimur. Inde
enim nos ieiunia exaſperant: illinc peccatoꝝ conſcientia ma
cerat. Hinc patrimonij iactura perturbat: et toto contriſtati
habitu magis ſalutem cōſequimur ſi amplius defleamꝰ: ſm
Iohā. xvj. quod ait dominus. Uos plorabitis et flebitis: ſeculum autē
B gaudebit. Sicut autem cū ſinapi caput forte curandum eſt:
iubemur ad raſum capillos demere: impedimenta cutis vni
uerſa deponere: vt nudo corpori perfectius medicina perue
niat. Ita et cum anima per fidem curanda eſt: precipimur a
nobis ſubſtātiam auferre ſeculi: impedimenta auri argētiqꝫ
deponere: vt et nude et ſoli anime congruentiꝰ ſpiritalis me=
dicina conueniat. Quiſqꝫ enim rebus mundi et diuitijs ſclī
obuolutus eſt: huic fidei medicina nō proderit. Ergo quod
ſuccus ſinapis ī corpore: hoc fides chriſtiana operat̄ in aīa.
Luce. xiij. Sed qm̄ in eadem dominica ſententia ſcriptum eſt. Qđ acce
ptum homo miſit in hortum ſuū: et creuit et facta eſt arbor: et
volucres requieuerunt in ramis eius: diligētius requiramus
quis iſte ſit: cui hec cuncta conueniant. Diximus ſuperiꝰ ſan
ctis matyribus qui diuerſis attriti ſunt paſſionibꝰ naturam
C ſinapis poſſe congruere. Sed qm̄ dicit ſcriptura. Et creuit
Ubi. ſ. et facta eſt arbor: et volucres requieuerunt in ramis eius: ar
bitror hoc ipſi chriſto domino dicere: et rectius comparari:
qui naſcendo in homine humiliatus vt granū eſt aſcendēdo
ad celum exaltatus vt arbor eſt. Granū plane eſt chriſtus dū
Mat. iiij. patitur: arbor eſt dum reſurgit. Granū inquam eſt: cū famis
Luce. ix. eſuriem ſuſtinet: arbor eſt cum quinqꝫ milia viroꝝ quinqꝫ pa
nibus ſaturat. Ibi ſterilitatem humana conditione patitur:
hic ſatietatem propria diuinitate largitur. Granum autē di
xerim dn̄m cum ceditur: cum contemnitur: cum increpatur:
arborem autem cū cecos illuminat: mortuos reſuſcitat: pctā
D condonat. Ramos autē huius arboris ſi requiras inuenies.
Ramus eſt petrus: ramus eſt paulus: ramus eſt beatus lau=
rentius: cuius hodie natalitia celebramus. Rami ſunt om̄s
apoſtoli vel martyres ſaluatoris: ad quos ſi qͥs ſe fortiter te=
nere voluerit: fluctibus ſeculi minime mergitur: quin potius
ſub vmbra illorum latitans gehenne non patietur ardorem:
ſecuruſqꝫ de diabolice tempeſtatis procella erit: et de die iu=
dicij exurentis incendio ipſo adiuuante: qui viuit et regnat
in vnitate ſpūſſancti deus: p infinita ſeculorū ſecula. Amen.

¶ Item in eodem feſto. Homelia de eo qđ ſcri=
Iohā. xij. ptum eſt in euangelio ſm Iohannem. Amē dico
vobis. Niſi granum frumenti. ⁊c. incipiēs. Hu
militatis magne. ⁊c. que ſumpta eſt de expoſitio
ne doctoris. Tract. lj. fo. cc. col. iij.

¶ In feſto Aſſumptiōis ſanctiſſime dei genitri=
cis virginis Marie. Sermo. j. In quo ſingula=
riter de ſanctiſſimo corpore beate Marie eiuſqꝫ
anima declarat que fide tenemus.

Sermo Ad interrogata de ꝟginis et matris domini reſolu=
xxxiiij. tione temporali: et aſſumptione perenni: quid in=
A telligam reſponſurus: te deus omnipotens pater
Prefatio. voto ſupplici exoro: vt qui mādas nubibꝰ ⁊ pluūt
Pš. cxliij ymbres: qui tangis mōtes et fumigant: qui aperis terram et
germinat: quid dicam iubeas: quid ꝓferam prebeas: ad qđ
ſermonem dirigam aperias. Uenerabile enim mihi eſt dn̄e:
et precordijs meis reuerēdiſſimum de matre filij tui loqui: ⁊
de ſanctiſſimo corpore eius linguam ſermonibus occupare:
que ſola meruit deū hominēqꝫ paritura ſuſcipere: facta thro=
nus dei et aula regis eterni: ſm quod tu docuiſti nos per ſan
ctos patriarchas tuos: prophetas et apoſtolos figuris ⁊ ſer
monibus: quibus nos credimus: quia nunqꝫ fefelliſti: q̄ nec
fallere nec falli nouiſti: oſtendens filium tuum coeternū tibi:
et conſubſtantialem incarnandum: et incarnatum per virgi=
nis vterum: de qua carnem aſſumpſit: qui corporalia cuncta
tecū creauit auctor: adminiſtrator ⁊ deus: ab homine factus
eſt homo: ab ea naturā ſumens non originem: ſanctificāte ſpi
ritu tuo: in ea vterum humanum ⁊ purificante atqꝫ mundāte
ad conceptionem filij tui. Cuius dignitatis et gratie effectū
nec cor concipere nec lingua valet exprimere. Non eni talis
conceptus: taliſqꝫ partus niſi deum decuerat: qui venerat re
dimere quos voluit creare. Creare profecto maieſtate: redi=
mere humilitate: humilitatis naturam ſumēs ſanctā de ſan=
ctificato corpore: et immaculatā de immaculato. Ineſtima=
bilem enim ſanctificationis gratiam quam concipiendꝰ pre=
buit: cōceptus et natus non abſtulit. Que quantū in corpore
valuerit virginis: illi ſoli notiſſimū eſt qui de eius natura na
turam ſuſcepit quā cōdidit. Per quem te queſo domie: quia B
per illum cūcta bona tribuis: que vt tribuas eligis: vt me in=
offenſe de tanta ſanctitate loqui tribuas. Et ſi non totū vt eſt
quod impoſſibile omni hūane lingue eſt: tamen ipſum quod
eſt ex parte dicatur vt eſt. Sonet ergo precioſiſſimum vera
precioſitate: ſanctiſſimū certa ſanctitate: ineſtimabiliſſimū:
fidiſſima veritate. Que quia humanam rationem excedunt
ſpūs tuus aſſit: qui ſuo ſacro ſpiramine inducat nos ī omneꝫ
dicendorum veritatem: vt quia de eius corpore et anima lo=
quendum eſt: quod ipſe preter naturalem vſum ſanctificauit
et gratiam contulit: non aliena dicere patiatur: ſed propria
ad laudem et gloriam tuam deus omnipotens pater: ⁊ ad ho
norem filij tui per virginē nati: et eiuſdem ſpiritusſancti dei
et domini noſtri: cum quo eſt tibi regnum ⁊ imperium in oīa
ſeculorum ſecula. Amen.

Ui a profundiſſime et ſua dignitate altiſſime ſum Incipit
reſponſurus queſtioni: lectorem meum obſecro: vt ſermo.
pro me deprecetur: et ſi qua a me pleniter dicta co= C
gnouerit: donis dei gratus exiſtat: ſin autem minꝰ Ca. j.
noſtre compatiatur infirmitati. Quia licet minus valeamus
dicere: vera tamen proculdubio volumꝰ. De ſanctiſſimo igi=
tur corpore perpetue virginis Marie eiuſqꝫ ſacre anime aſ=
ſumptione: quantum deus donauerit loqui ſuſcipientes: hoc
primum dicimus: quod in diuinis ſcripturis poſtqꝫ dominꝰ Iohā. xix.
in cruce matrem diſcipulo commendauit: vt caſtitas caſtis
tueretur obſequijs: nihil reperitur de ea ꝑter id quod lucas
commemorat in actibus apoſtolorum: commemorās eiuſdē
nominatim dicēs. Hi omnes erant perſeuerantes vnanimi= Act. j.
ter in oratione cū mulieribus et Maria matre ieſu et fratri=
bus eius. Hoc dicimus quia tanto que magna exiſtunt cau=
tius tractanda ſunt: quāto ſpecialibus auctoritatum teſtimo
nijs non poſſunt ad liquidum roborari. Sed quia quedā ſcri D
ptura ſancta veris indagationum ſtudijs querenda reliquit Ca. ij.
que nō ſunt ſuperflua eſtimanda dum vera indagatione fue=
rint patefacta. Fecunda eſt enim veritatis auctoritas: et dū
diligenter diſcutitur: de ſe gignere quod ipſa eſt cognoſcitur
Sepe enim diſcuſſa veram conuenientiam parit: quam ma=
nifeſtis ſermonibus abſcondit. Et ſepe apertis ſermonibus
inſinuat: in quibus nihil preter illud quod ſonuit querendū
inuitat. Ut eſt illud: quia abraam genuit yſaac: yſaac genuit
iacob: Iacob iudam et fratres eius: et cetera talia in quibus
ſola littera tenenda eſt. Quedam autem ſic cōmendat vt pa=
riter litteram et myſticum intellectum inſtruat: vt in trāſitu Exo. xiiij.
maris rubri: et manna celeſti: et tabernaculo dei atqꝫ archa Exo. xvj.
teſtamēti: vbi futurorum figura baptiſmi videlicet chriſti et Exo. xxv.
eccleſie oſtenſa eſt prerogatiua. Quedam tātum myſtice: vt
cum deum dicit inſufflaſſe in faciem adam ſpiraculum vite: Geñ. ij.
qui tamen os ad ſpirandum non habet: nec manus ad operā
dum: licet ꝓpheta dicat. Manus tue fecerunt me: et plaſma pš. cxviij.
uerunt me. Sūt etiam quedam: que qͣuis commemorari ex
toto omiſſa ſint: vera tamen ratione creduntur: atqꝫ ipſa con
uenientia rei quodāmodo quemadmodū dux et preuia cre=
ditur. Nihil enim de melchiſedech ſacerdotis dei excelſi iu Geñ. xiiij.
ſticia loquitur: cum ipſa preceſſiſſe tāte laudis merita cogno
ſcatur. Nihil de enoch et helye poſtqꝫ rapti ſunt vite felicita= Geñ. v.
te commendat: cunctis liquido ſcientibus beate eos viuere: iiij. Re. ij.
quos dn̄s hinc in futurum ſeruandos voluit rapere. Quid
ergo de Marie morte: quid ve de eius aſſumptiōe dicendū
eſt. Unde diuina ſcriptura nihil cōmēmorat: niſi querendū
ratione quod conueniat veritati: fiatqꝫ ipſa veritas auctori=
tas: ſine q̄ nec ē: nec valeat auctoritas. Memores eni cōdi= E
tiōis hūane: mortē illā ſubijſſe tpalē dicere nō metuimꝰ quā Ca. iij.
idē eius filiꝰ q̄ deus et hō eſt: lege ſortis hūane ſuſtinuit: ⁊ ħ

quia homo de eius ſuſceptus et profuſus ē vtero. Sed ſi di-
cim⁹ mortis eā vinculis teneri: ⁊ reſolutā ī cōmunē putredi-
nē vermē ac cinerē: laborādū ē ſi h̄ cōueniat tāte ſctitati tāte
Gen.iij. aule dei prerogatiue. Scimus enī dictū primo parēti. Quia
puluis es et in puluerē ibis? Quod ſi de morte dicit̄: gn̄alis
eſt ſententia: ſi de reſolutione in puluerē: hanc conditionem
caro chriſti euaſit de carne marie ſumpta: q̄ corruptionē non
ſuſtinuit. De hoc enim ſcriptum eſt ꝑ dauid prophetā dicētē
Ps.xv. Qm̄ non derelinques aīam meā in inferno: nec dabis ſanctū
tuum videre corruptionē. De quo aūt ſancto dictū ſit: archā
Luce.j. gelus ꝓdidit: qui ad mariā ait. Et quod naſcetur ex te ſctm̄:
Exo.xxvj vocabitur filius dei. Vere ſanctū et ſanctum ſanctorū. Unde
⁊ illa ſancta ſanctorum dicūtur: que illa ſeruabāt: quibus ille
figurabatur qui veraciter ſolus ſanctus ſanctorū dicit̄. Hic
enim idē eſt de quo archangelus gabriel danieli loquit̄ inter
Daniel.ix. cetera q̄ futura oſtendit dicēs. Et impleatur viſio ⁊ ꝓphetia
et vngatur ſanctus ſanctorū. Hic enim ſanctus corruptionē
non vidit: qui tertia die cū triumpho rediens ab inferis re-
ij.Cor.xiij ſurrexit. Caro eius q̄ de maria ſumpta eſt: et ſi mortua eſt ex
infirmitate: reuixit tn̄ ex dei virtute. Sed hoc ille qui quādo
voluit mori: quādo voluit reſurgere potuit. Excipitur ergo
ab illa generali ſententia de virgine ſumpta natura. Quod ſi
marie nō congruit: congruit tn̄ filio quem genuit ieſu. Voca-
bulū ieſus glorioſum omni ornatu cultuq; digniſſimū: nomē
quod eſt ſuper omne nomē: nō decuit ab hominib⁹ appellari
neq; ab eis efferri in mundū: ſed ab excellētiori quadam ma-
F ioriq; natura. Poſt hec q̄ ad e dicta ſunt de quib⁹ excipitur
Ca.iiij. marie filius: cōtuenda ſunt q̄ etiam eue dicta ſunt: ſi cunctis
feminis generalia ſint: et ſi in aliquo excipiatur maria. Scri
Gen.iij. ptū quippe eſt. Mulieri quoq; dixit de⁹. Multiplicabo erū-
nas tuas ⁊ cōceptus tuos. In dolore paries filios: ⁊ ſub viri
Luce.ij. poteſtate eris: et ipſe dn̄abitur tui. Erumnā maria ſuſtinuit:
cuius aīam gladius paſſionis xp̄i pertrāſiuit: ſed cōceptus
nō multiplicauit: nec ſub viri: id ē mariti poteſtate deguit: q̄
integerrimis viſceribus de ſpiritu ſancto xp̄m ſuſcepit: ⁊ vir
ginitatis integritate manente virgo permāſit. Quem q2 ſine
peccati colluuione et ſine virilis admixtionis detrimēto ſu-
ſcepit: ſine dolore genuit et ſine integritatis violatiōe cū pu-
dore virginitatis integra ꝑmanſit. Hoc enim potuit efficere
de matre: qui ſic elegit naſci de⁹ de hoīe. Maria ergo ⁊ ſi cō-
municat erumnis eue: nō cōmunicat parturiēdo cum dolore
Promeruit enim hoc ſingularis ſanctitas eius ⁊ ſingularis
grā: q̄ ſuſceptione dei ſingulariter eſtimata ē digna. Nō im-
merito ergo a quibuſdā generalib⁹ excipit̄ vera eſtimatiōe:
quam tanta ſeruat gratia: et attollit dignitatis prerogatiua.
G Quantū enim xp̄i poteſtas poſſit mūdi oſtendit vniuerſitas
.J.v. quantū gratia marie mōſtrat integritas. Que ſicut diuerſa ē
a natura: ita diuerſa eſt ab vſu. Quid ergo? Si ī tāta diuerſi-
tate dicimus eā hūane ſortis mortē ſubijſſe: nec vinculis ei⁹
retineri: per quā deus voluit naſci: et carnis ſubſtantiam cō-
municare: nunq̄d impiū erit? Scimus enim ieſum oīa poſſe:
Matth. qui de ſeipſo ait. Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra
xxviij. Si ergo voluit integrā matrē cū ꝟginitatis ſeruare pudore:
Roma.xj. cur nō velit incorruptā a putredinis ſeruare fetore? Dicat q̄
cognouit ſenſum dn̄i: ⁊ qui cōſiliarius eius fuit. Nunq̄d non
Matth.v. pertinet ad benignitatem dn̄i matris ſeruare honorē: q̄ legē
Exo.xx. ſoluere nō venerat ſed adimplere. Lex enim ſicut honorē ma
tris precipit: ita inhonorationem dānat. Qui enī in vita pre
ceteris illā grā ſui cōceptus honorauit: piū credere ē ſingu-
H lari ſaluatione eam ī morte et ſpeciali gratia honoraſſe. Po-
Ca.vj. tuit enim eā tam a putredine q̄ a puluere alienū facere: q̄ ex
ea naſcēs virginē eā potuit relinq̄re. Putredo nāq; ⁊ vmis
opprobriū eſt hūane cōditionis: a quo opprobrio cum ieſus
ſit alienus: natura marie excipit̄ quā ieſus de ea aſſumpſiſſe
probatur. Caro enim ieſu caro marie ē: ⁊ multo ſpecialius q̄
Ge.xxxvij ioſeph iude ceterorūq; fratrum eius quibus dicebat. Frater
enim ⁊ caro noſtra ē. Caro enim xp̄i q̄uis gloria reſurrectio
nis fuerit magnificata: et potenter ſuꝑ oīs celos aſcenſione
glorificata: eadem tamen carnis manſit ⁊ manet natura que
aſſumpta eſt de maria. Ipſe enim eſt qui cōceptus ⁊ genitus
atq; a mortuis ſuſcitatus eſt ꝑ gloriā patris: ſicut ꝑfecto ipſe
Lu.xxiiij. teſtat̄ poſt reſurrectionē: qn̄ apoſtolis dixit. Videte manus
meas et pedes meos quia ego ipſe ſum. Quid enim eſt: Ipſe
ego ſum: niſi quia alter nō ſum: q̄ qui tūc erā qn̄ paſſus ſum?
Hoc ſiquidē cognoſcere poteſtis: qui ī manibus et pedibus
meis clauorum vulnera cognoſcitis. Ipſe ergo ideoq; celos Act.j.
aſcendit: et carnem quā de matre ſuſcepit ſuꝑ aſtra trāſuexit:
honorans omnem humanā naturā: et multo magis maternā.
Si igitur natura matris eſt filius: cōueniens eſt vt ſit et filij
natura mater: nō quātum pertinet ad equā adminiſtrationē
ſed quantū pertinet ad eandē reciprocā ſubſtantiā: vt homo
de homine: caro de carne: mater a filio: filius a matre: non ad
vnitatē ꝑſone ſed ad vnitatem corporalis nature ⁊ ſubſtātie.
Si enim vnitatē facere poteſt gratia ſine ꝓprietate ſpecia- I
lis nature: quātomagis vbi gratie vnitas ⁊ corporis ſpecia- Ca.vij.
lis eſt natiuitas. Vnitas nāq; gratie ē: vt diſcipulorū in xp̄o
de quibus ipſe dixit. Pater ſancte: ſerua eos in nomine tuo Joh.xvij.
quos dediſti mihi vt ſint vnū ſicut et nos. Et item de oībus
iuſtis. Non aūt ꝓ his rogo tm̄: ſed et ꝓ eis qui credituri ſunt
per verbū eorum in me: vt omnes vnum ſint ſicut et tu pater
in me: et ego ī te: hoc eſt vt ipſi ſint per gratiā quod nos ſum⁹
ꝑ diuinitatis naturā. Hec quippe gratie vnitas que cūctis
in chriſtum credentibus ſeruatur: ſi marie nec minus ſapiē-
tium eſtimatione nō tollitur: quantomagis cū gratie vnitate
ipſa ſpecialitas nature efficit vnū matrem et filiū: filiū ⁊ ma-
trem? Vidēdū etiam eſt quid de his quos ſecū per gratiam
vnū eſſe voluit cōſequenter adiungit. Ait enim. Pater quos
dediſti mihi volo vt vbi ego ſum et illi ſint mecū: vt videant
claritatem quam dediſti mihi. O magnam et ineſtimabilem
bonitatē dei: qui ſecū ſuos habere in gloria vult vt ſua clari-
tate fruantur: qui hic ſua fide iuncti: vnum cum eo eſſe digni
iudicantur. Si ergo ſecū eos habere vult: atq; hoc poteſt qui
omnia poteſt: quid eſtimādum eſt de matre vbi digna ſit ha
beri ſi nō in preſentia filij? Quantum igitur contueor: quātū K
intelligo: quantumq; credo: marie anima claritate xp̄i fruit̄: Ca.viij.
et glorioſis conſpectibus eius ſemper inherere ſitiēs ⁊ ſemp
conſpiciēs: dum ineſtimabiliter paſcitur: excellētiori quadā
ſpecialiq; prerogatiua a filio honoratur: poſſidēs in chriſto
corpus ſuum quod genuit glorificatum in dextera patris: et
ſi non ſuum per quod genuit: tamen ſuū quod genuit. Et q̄re
non ſuum per quod genuit? Si non obuiauerit necdum per-
ſpecta auctoritas: vere credo et per quod genuit: quia tanta
ſanctificatio dignior celo ē q̄ terra. Thronum dei: thalamū
celi domini: tabernaculū chriſti: dignum eſt ibi eſſe vbi ipſe
eſt. Tam precioſum theſaurum dignius eſt celum ſeruare q̄
terram: tantam integritatē merito incorruptibilitas non pu
tredinis vlla reſolutio ſequitur. Illud ergo ſacratiſſimū cor-
pus de quo chriſtus carnem aſſumpſit ⁊ diuinam naturā hu-
mane vniuit: non amittens quod erat: ſed aſſumens quod nō
erat: vt verbū caro: hoc eſt deus homo fieret: eſcam vermib⁹ Joh.j.
traditū: quia ſentire nō valeo: dicere pertimeſco: ī communi
ſorte putredinis futurū de vermib⁹ puluerē. De quo ſi nihil
aliud ſentirem q̄ de ꝓprio: nihil dicerem niſi quēadmodum
de ꝓprio: quod abſq; vlla ambiguitate ſoluendū eſt in mortē
poſt mortē eſt futurū putredo: poſt putredinem vermis: poſt
vermē vt dignum eſt abiectiſſimus puluis. Quod de maria L
credendum nō videtur cōſentibile: quia eſtimationem ꝓcul Ca.ix.
pellit munus incōparabilis gratie. Quod me dicere multa ꝑ
conſideratio rerū inuitat: quarum ⁊ illa quedam eſt quā ſuis
aliquando miniſtris ipſa veritas ait. Qui mihi miniſtrat me Johā.xij.
ſequatur: et vbi ego ſum: illic et miniſter meus erit. Si enim
hec eſt generalis ſententia omnium per fidē et piam opera-
tionem chriſto miniſtrantiū: quantomagis quodammodo ⁊
ſpecialiter marie. Maria nāq; operis exhibitione et fidei fi-
diſſima veritate miniſtrā chriſti fuiſſe omnis qui ſane ſapit
intelligit. Abſq; dubio enī opere adminiſtratrix extitit: que Lu.j.⁊.ij.
hūc in vtero geſſit partuq; ꝓfuſum aluit et fouit: atq; vt euā-
gelium refert: in preſepe reclinauit: et a facie herodis fugiēs
in egyptum abſcondit: et omnem infantiam eius pio pro ma
tris affectu eſt proſecuta: ita vt vſq; ad crucem in qua filium Johā.xix.
vidit pēdentem iam virum perfectum: ab eius indubitāter
non receſſerit conſectatu: nō ſolum greſſibus pedum tanq̄ ꝓ
reuerentia dei: verumetiam et imitationis affectu. Maria
ergo miniſtratrix chriſti ſpiritalium operum qualitatibus:
ſicut deuotiſſima extitit: ita abſq; dubio religionis fide ⁊ ve
re credulitatis charitate ſecutrix fuit. Nō enim potuit eius
diuinitatē nō eē credula: q̄ ſe nouerat hūc nō virili ſemīe ſm̄
ordinē nature: ſed diuino ſpiramine nunciāte archāgelo cō- Luce.j.

cepiſſe:vidẽs ſemper famulantiũ angelorũ ei adeſſe frequẽ=
tiã vt naſcituro ⁊ nato:qñ videlicet facta eſt cũ angelo multi=
Luce.ij. tudo celeſtis exercitus clamantiũ ⁊ dicentiũ. Gloria i excel=
ſis deo:⁊ in terra pax hoibus bone volũtatis:⁊ in egyptũ fu=
gituro atq; inde iterũ redituro. Quibꝰ liq̃do cognoſcere po=
Matth.ij. tuit:quia talia obſequia nõ niſi deũ decuerãt. Unde et ſtelle
annũciatio:⁊ magorũ de lõgiſſimis partibꝰ inſperata addu=
Luce.ij. ctio q̃ maximũ illi extitit indiciũ veritatis. Similiter et ſy=
meonis et anne ꝓphetali dignitate inſolitus cetꝰ:⁊ huic ſpe=
cialis occurſus. Que oia ꝓculdubio maria cõſeruãs his cun
ctis altiꝰ ad fidẽ roborata pio corde ↄferebat: intãtũ vt oino
non nutabunda: ſ; certa de filij ꝑtãte tanq̃ de dei ꝟtute vera
Johan.ij. deficiẽte i nuptijs vino dixerit:q2 vinũ nõ habẽt: ſciẽs plane
illũ h̄ potuiſſe qđ eũ mox cõtigit diuino miraculo cõpleuiſſe
Ecce igitꝛ maria fide ⁊ ope xpi miniſtratrix:⁊ deuota vſq; ad
mortẽ eius ſecutrix:nõ plꝰ greſſu q̃ imitationis (vt credẽdũ
eſt) affectu:ſi ibi non fuerit vbi xps ſuos miniſtros vult eſſe:
Mat.xvj. vbi ergo erit? Et ſi ibi:nunq̃d equali grã? Et ſi non eq̃li: vbi
equa dei cẽſura q̃ vnicuiq; reddit ſm ſua merita? Si ḡ meri=
to pre oibꝰ marie viuẽti donata ẽ grã:mortue erit minuẽda?
Abſit. Quia ſi oim ſanctorũ mors eſt precioſa: marie ſane eſt
precioſiſſima:quã tanta comitata eſt grã: vt mater dei dicatꝛ
M et ſit. Cõſideratis igitur vniuerſis:vera ratione cenſeo cõſi=
Ca.x. tendum mariã in xpo ⁊ apud chriſtũ eſſe. In chriſto:quia in
Act.xvij. ipſo viuimꝰ:mouemur ⁊ ſumus. Apud xpm glorioſe ad eter
nitatis gaudia aſſumptam benignitate xpi et honorate ſuſce
ptam pre ceteris quam grã honorauit pre ceteris:atq; ad cõ=
munem humilitatẽ non eſſe adductã poſt mortẽ putredinis
videlicet vermis ⁊ pulueris:que ſuũ et oim genuit ſaluatorẽ
Luce.xxj. In cuius ſi poteſtate eſt ſanctorũ de capite capillũ nõ perire
eſt et illam aĩa et corpe integram poſſe ſeruare. De cuius po=
teſtate ſi nullus dubitat eccleſiaſticorũ quin poſſit matrẽ ſine
corruptiõe in perpetuũ ſeruare:cur dubitãdũ eſt voluiſſe qđ
Daniel.iij attinet ad tantã benignitatis gratiã? Si elegit diuina volũ=
tas ſola gratia inter crepidantes vehementiũ ignũ flãmas
non ſolum puerorũ corpa ſeruare illeſa: verumetiam veſtimẽ=
ta ſeruare inuſta:cur abnuat in matre ꝓpria qđ elegit i veſte
Jone.ij. aliena? Jonam ſeruare in vẽtre ceti preter naturalẽ vſum vo
luit incorruptũ ſola mia:mariam incorruptã preter naturam
Daniel.vj nõ ſeruabit grã? Seruatus eſt daniel datus intẽperatiſſime
et.xiiij. fami leonũ:non ſeruanda eſt maria tantis donata meritis di=
gnitatũ? Hec cuncta q̃ diximus:quia naturã ſeruantia nõ co
gnoſcimus:in marie integritate plus potuiſſe gratiã q̃ natu
ram nõ dubitamus. Diuinitatis enim opa ſunt q̃ dicimus: et
j.Cor.j. ideo poſſibilia q2 omnipotentia. Chriſtus ergo dei virtus ⁊
dei ſapiẽtia cuius ſunt oia q̃ patris ſunt ⁊ velle. Uelle autem
oia q̃ ſunt iuſta ⁊ digna:et ꝑ hoc videntꝛ digna:letari facit ma
riã leticia inenarrabili aĩa et corpe in ꝓprio filio cum ꝓprio
filio ꝑ propriũ filiũ:nec vllam ſequi debere corruptiõis erũ=
nam quã nulla ſecuta eſt tñ filiũ parturiẽdo integritatis cor=
ruptio:vt ſit ſemper incorrupta quam tanta ꝑfudit grã: ſit in
tegraliter viuẽs q̃ oim integram perfectãq; genuit vitam: ſit
cũ illo quem i ſuo geſſit vtero:ſit apud illũ illa que genuit:fo=
uit ⁊ aluit illũ:maria dei geĩtrix:dei nutrix: dei miniſtratrix
et dei ſecutrix:de qua vt iã dixi:quia aliter ſentire nõ audeo:
N aliter dicere non preſumo. Suſcipiat igitur hũc ſenſum fra=
Ca.xj. terna charitas: ſm quod ſpũs xpi inſpirauit. Oſtenſa ſunt ex
parte q̃ taliter hortata ſunt me dicere. Si quis aũt refragare
his elegerit:cũ dicere nõ velit hoc nõ poſſe chriſtum: ꝓferat
quare nõ cõueniat velle:ac per hoc nõ eſſe. Et cum ſe veraci=
ter cõſiliũ dei de his noſce manifeſtauerit:incipiam credere
de quibꝰ aliter nõ poſſum ſentire. Mirabor illum altitudinẽ
cõſilij diuini inueſtigaſſe:quam me cũ apoſtolo digna reue=
Roma.xj. rentia videor debere admirari dicẽte. O altitudo diuitiarũ
ſapientie et ſciẽtie dei: q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eiꝰ:
j.Cor.xiij. et inueſtigabiles vie eius. Et quia ſm eũdem apoſtolum: ex
parte cognoſcimus et ex parte ꝓphetamus: dixi de his: et ſi
non quantũ eſt:tñ quemadmodũ me dicere debuiſſe credidi
Si ergo vera ſunt que ſcripſi: tibi gratias ago xpe: q2 de ſan
cta virgine matre tua niſi quod piũ:dignũ et iuſtũ eſt ſentire
non potui. Si ergo dixi vt debui: approba xpe tu et tui. Si
autẽ non vt debui:ignoſce obſecro tu et tui. Qui cũ deo patre
et ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſe=
culorum. Amen.

¶ In eodem feſto. Sermo.ij. In quo oſtendit quomõ aſſumptionẽ beate Marie ſine maximo honore peragere indignũ eſt:per quam meruimꝰ auctorem vite ſuſcipere.

ADeſt nobis dilectiſſimi fratres dies valde venera Ser.xxxv
bilis:dies oim ſanctorum ſolennitates precellens A
Adeſt inquã dies inclita:dies preclara:dies i qua
e mundo migraſſe creditur virgo maria. Et ideo
laudes intonet vniuerſa terra cũ ſumma exultatione tãte vir
ginis illuſtrata exceſſu:quia indignũ valde eſt vt illiꝰ recor=
dationis ſolennitas ſit apud nos ſine maximo honore:ꝑ quã
meruimus auctorẽ vite ſuſcipere. Satiſq; prepoſterũ iudicã
dum eſt:vt cũ ſanctorũ celebramus victorias martyrũ: illius
ſolennitatem illis non preferamus q̃ huic mũdo edidit prin=
cipem martyrum. In hac ſiquidẽ die competẽter ſponſo illi
celeſti proclamat beata virgo. Tenuiſti manũ dexterã meã: Pſ.lxxij.
et in voluntate tua deduxiſti me:et cũ gloria aſſumpſiſti me.
Hodie inquã et ipſa a ſponſo filio et dño cõgrue audiuit. Iã Cant.ij.
hyems trãſijt:ymber abijt et receſſit. Surge proxima mea:
ſponſa mea:columba mea et veni. Hec ideo dicimus fratres B
quia ſicut iam in cõſuetudinẽ ſuſcepit eccleſia: hodierna die
ad celos aſſumpta fuiſſe creditur ꝟgo maria. S; quo ordine
hinc ad ſuperna trãſierit regna:nulla catholica narrat hiſto=
ria. Non ſolũ aũt reſpuere apocripha: verũetiã ignorare di=
citur hec eadem eccleſia. Siquidem ſunt nõnulla ſine aucto
ris nomine de eius aſſumptione cõſcripta:que vt dixi ita ca
ventꝛ: vt ad cõfirmandã rei veritatẽ legi minime ꝑmittantur
Hic ſane pulſantꝛ nõnulli: q2 nec corpꝰ eiꝰ i terra inueniꝛ: nec
aſſumptio eius cu; carne vt in apocripha legiꝛ: in catholica
reperiꝛ hyſtoria. Quibus dicẽdum eſt:quia ſi moyſi corpus Deut.xxx=
non inuenitur ab hoie in terris cũ quo locutus eſt deus facie iiij.
ad faciẽ:illius querere demẽtie eſt:ꝑ quã idẽ maieſtatis deꝰ Exo.xxxiij
incarnatꝰ effulſit in terris. Neq; eni dignũ eſt de corpis eiꝰ
noticia ſollicitũ quempiam eſſe:quã non dubitat ſuper celos
eleuatam cũ xpo regnare. Sufficere debet tantũ noticie hu=
mane hanc vere fateri reginã celorũ:pro eo q᷑ regem peperit
angelorũ. Sed nec inuenitur apud latinos aliquis tractatorũ C
de eiꝰ morte quippiã dixiſſe aperte. Nam illũ euãgelij ver=
ſiculũ quem ſimeon dixit ad dñi matrem. Et tuã ipſiꝰ aiam Luce.ij.
pertrãſibit gladius: beate recordationis ambroſius cũ tra=
ctaret:ait. Nec hyſtoria nec littera docet mariã gladio vitã
finiſſe. Hinc ⁊ iſidorus. Incertũ inquit ꝑ hoc dictũ vtrũ gla
dium ſpũs an gladiũ ſignificet perſecutionis. Et qđ de his
de quibus loquor dicã: cũ nec ipſe qui hanc accepit ante cru Johã.xix.
cem dñi in ſua:idẽ iohãnes euangeliſta de hoc poſteris ali=
quid retinẽdũ ſcriptis mãdauerit? Nullus enim hoc fideliꝰ
narrare potuit ſi illud deꝰ manifeſtare voluiſſet: q̃ ille vtiq;
qui hãc nutriendã ſuſcepit:nec cõtra morẽ filius matrem re=
liquit. Reſtat ergo vt homo mẽdaciter non fingat apertũ qđ
deus voluit manere occultũ. Uera aũt de eius aſſumptione
ſentẽtia hec eſſe probatur: vt ſm apoſtolũ: ſiue in corpe:ſiue ij.Cor.xij.
extra corpus ignorãtes:aſſumptã ſuper angelos eã eẽ creda
mus. His igitur premiſſis:loquamur aliquid i laudibus ſa= D
cratiſſime virginis. Sed quid nos tãtilli: qđ actione puſilli:
quid in eius laudibus referemus: cũ et ſi omniũ noſtrũ mẽ=
bra verterentꝛ in linguas: eam laudare ſufficeret nullꝰ. Altior
celo eſt de qua loquimur:abyſſo profundior cui laudes dice
re conamur. Hec eſt enim que ſola meruit mater et ſpõſa vo=
cari. Hec prime matris damna reſoluit: hec homini perdito
redẽptionẽ adduxit. Mater eni generis noſtri penã intulit Geñ.iij.
mundo:genitrix dñi noſtri ſalutẽ edidit mũdo. Auctrix pec= Luce.ij.
cati eua:auctrix meriti maria. Eua occidẽdo obfuit: maria E
viuificando profuit. Illa percuſſit:iſta ſanauit. Hec eni mi=
rabili atq; ineſtimabili modo oim rerum ⁊ ſuũ peperit ſalua=
torem. Que hec virgo tam ſancta ad quã venire dignaretur
ſpũſſanctus? Que tam ſpecioſa: vt eã deus ſibi eligeret ſpon=
ſam. Que tam caſta: vt eſſe poſſet virgo poſt partũ? Hec eſt
dei templũ:fons ille ſignatꝰ:et porta in domo dei clauſa. Ad Cant.iiij.
hanc namq; vt dixi ſpiritusſanctus deſcendit: hãc virtus al= Eze.xliiij
tiſſimi obumbrauit. Hec eſt immaculata coitu:fecũda partu F
virgo lactãs:angelorũ et hominũ cibũ nutriens. Merito nã
q; beata ſingulari a nobis preconio extollitur que ſingulare
commerciũ mundo prebuit. Deniq; tñ ſe ad celi faſtigia ſub

Annotatio leuauit:vt verbũ in principio apud deũ: de ſuperna celi arce
numeralis ſuſciperet. O felix maria:et omni laude digniſſima. O virgo
ordinis ſer dei genitrix glorioſa:o ſublimis puerpera: cuius viſceribus
monũ hu- auctor celi terreq́ꝫ cõmittitur. O felicia oſcula lactẽtis labijs
ius operis impreſſa:cũ inter crebra indicia reptãtis infãtie: vtpote ve-
G rus ex te filius tibi matri alluderet:cũ verus ex p̄re dñs im-
Luce.ij. peraret. Nam auctorem tuũ ipſa cõcipiẽs edidiſti in tp̄e pu-
berem quẽ habebas ante tp̄a cõditorẽ. O felix puerperium:
letabile angelis: optabile ſanctis:neceſſariũ ꝑditis: cõgruũ
profligatis. Qui poſt multas aſſumpte carnis iniurias: ⁊ ad
Matth. vltimũ verberatus flagris:potat⁹ felle: affixus patibulo: vt
xxvij. te veram matrẽ oſtenderet: verum ſe hoĩem patiẽdo mõſtra-
H uit. Sed quid dicã paup ingenio:cũ de te quicq̃d dixero mi-
nor laus ẽ q̃ꝫ dignitas tua meretur? Si celũ te vocẽ: altior es
Si matrem gentiũ dicam:precedis. Si formã dei appellem
digna exiſtis. Si dominã angeloꝝ vocitẽ: ꝑ oĩa te eẽ ꝓbaris
Quid ergo de te digne dicã:quid referam:cũ nõ ſufficiat lin-
gua carnis tuas enarrare ꝟtutes? Has interim laudes ſileat
lingua carnis:quas ſemper ardẽter ꝓfert aĩa. Nunc noſtras
peto vt aures doctrinarũ tuarũ demulceas organis. Plau-
dat nunc tympanis ſcena tuis et veloces articulos puerpere
cõcrepent. Concinãt letantes chori:⁊ alternãtibus modulis
J dulciſona carmia miſceãtur. Audiamus fratres: audiamus
pio mentis affectu:audiam⁹ quemadmodũ tympaniſtriarũ
doctrinis cõcrepet beata ꝟgo maria. Audiamus inquam:et
huic harmonie morib⁹ reſpõdeamus. Deniq́ꝫ cũ hec mulier
beatiſſima ab angelo iã ſalutata:ſpiritu ſancto repleta: pleni-
tudine diuinitat afflata:ad eliſabeth veniſſet cognatã: poſt
exultationẽ Johis in vtero matris:hec dño decantauit cãti
Luce.j. ca laudis. Magnificat aĩa mea dñz. Et exultauit ſpũs meus
K in deo ſalutari meo. Primo igit̃ in hoc loco querendũ eſt:q̃d
ſit magnificare dñm. Neq́ꝫ enĩ magn⁹ fit a creatura creator.
Sed ſciendũ nobis ẽ duobus modis dici magnificari: id eſt
aut magnum facere: aut magnum adorare:magnũ admirari
Magnificatur enĩ deus a nobis:cũ magnificari dignat̃ a no
bis. Sed nunq̃d ſic in nobis ſicut ĩ beata maria eandẽ carnẽ
aſſumpſit ꝓ nobis? Aue inq̃t ad eã angel⁹ gr̃a plena: dñs te-
cum:bñdicta tu in mulieribus. Spũſſanctus ſuperueniet in
te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq́ꝫ quod naſcetur
ex te ſanctũ: vocabitur filius dei. Quecunq́ꝫ tñ aĩa ſancta ver
bum cõcipere põt credendo:parere predicando: magnificat
pš.xxxiij. amãdo. Unde ⁊ dauid ꝓpha dicit. Magnificate dñm mecũ:
⁊ exaltemus nomẽ eius in inuicẽ. Ac ſi diceret. Magnitudi-
nem dñi mecũ predicate: et nois eius preconia magna voce
Pš.ciij. attollite. Hinc iterũ dicit. Dñe deus me⁹: magnificat⁹ es ve
Pš.lvj. hemẽter. Unde aũt magnificet̃ in nobis iſdẽ ꝓpha ait. Ma-
L gnificata ẽ vſq́ꝫ ad celos mĩa tua. Hinc namq́ꝫ optãdũ eſt in
ſingulis: vt nr̃a aĩa magnificet dñm: concipiat dei verbũ:pa
riat ⁊ nutriat: recordetur ſaluatiõis ſue pia ꝯmercia:quomõ
nullis ſuis precedẽtib⁹ meritis ſit ab iniq̃tate ſaluata: ſꝫ ſola
Luce.j. dei bonitate gratuita xp̄i ſanguine redẽpta ⁊ dicat. Magni-
Johã.iij. ficat aĩa mea dñm. Sic enĩ de⁹ dilexit mũdũ (ait euãgeliũ)
Ro.viij. vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. Hinc namq́ꝫ et apl's. Qui ꝓprio
inq̃t filio nõ pepercit:ſꝫ ꝓ nobis tradidit illũ. O mire pietat
affect⁹:o ineſtimabilis ardor charitatis. Quis ante tãte pie
tatis diuitias nõ obſtupeſcat? Quis ante tã ineffabilẽ chari-
tatẽ nõ cõtremiſcat? Quis vnq́ꝫ poſſet ſperare: vt ex deo ante
tp̄a natus: naſceretur ꝓ hoĩbus in tp̄e ex femina hõ factus?
Gal.iiij. Unde ſcriptũ eſt. Cũ venit plenitudo tẽporis:miſit de⁹ filiũ
ſuũ factũ ex muliere: factũ ſub lege: vt eos qui ſub lege erant
redimeret: vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Quis inquam
poſſet eſtimare: vt portaretur manib⁹ femineis portator or-
bis:panis angelorũ aleretur: virt⁹ celorũ infirmaretur: vita
oĩm moreretur? Magnificet ergo ĩ his aĩa glorioſiſſime ma
M rie dñm:magnificet ⁊ nr̃a. Admiremur:gratulemur: amem⁹
laudemus:adoremus:gratias illi agamus:q̃ꝫ per eiuſdẽ re
demptoris nr̃i mortẽ de tenebris ad lucẽ: de morte ad vitam
de corruptiõe ad incorruptionẽ: de exilio ad patriã: de luctu
ad gaudiũ: de terris ad celeſte regnũ vocati ſumus. Qualiſ-
cunq́ꝫ igitur aĩa ſancta talibus fuerit incitamentis occupata
nihil concupiſcit terrenũ: nihil trãſitoriũ: nihil qđ ad tẽpus
arridet: nihil quod ad preſens delectat. Hec riſum luctũ com
putat: ⁊ gaudiũ in merorẽ cõmutat: cui mũdus carcer: celũq́ꝫ

habitatio eſt. Cui exultatio de preſentibus nulla eſt: q2 in illo
tantũ gaudere appetit: qui ſuper oẽs eſt. Unde in ſancto can N
tico cũ diceret virgo glorioſa. Magnificat aĩa mea dominũ. Luce.j.
Et exultauit ſpũs meus: ſignanter addidit. In deo ſalutari
meo. Ac ſi diceret. Anima mea q̃ magnificat dñm: non ĩ quo-
libet alio ſed in illo tantũ exultat: quem amando magnificat.
Nouerat enim eſſe aliã vituperabilem exultationẽ: qua mũ-
dus gaudere dicitur tendens ad luctũ. Et de qualibus ſalo-
mon ait. Letantur cũ male fecerint: et exultant in rebus peſſi ꝓuer.ij.
mis. Hinc ⁊ apoſtolus non quodlibet gaudiũ in ſanctorũ cor Phil.iiij.
dibus eſſe deſcribit: ſed in ſpiritu ſancto. Hinc dauid cum di
ceret. Gaudete iuſti: ſubiunxit. In domino. Hinc cũ domio Pš.xxxij
diceret. Gaudebũt labia mea dũ cantauero: addidit. Tibi. Pš.lxx.
Hac enim exultatione nullus eorũ gaudet: quiſquis de pre-
ſentibus tantũ exultat eterniſq́ꝫ bonis intereſſe nõ cõcupiſcit
cui exiliũ patria eſſe creditur: ⁊ mors vita eſtimatur: cui de⁹
venter eſt: et ornatus non in moribus ſed in actu eſt: qui cum Phil.iij.
laudatur extollitur: et cũ vituperat⁹ fuerit magnis iracũdie
ſtimulis agitatur: qui cũ manſuetis non humiliatur: ſed ĩ ſu-
perbie faſcibus eleuatus ceteros quaſi ex alto montis ſuper
cilio cõtẽplatur. Sed quis hec ad plenũ ita poteſt calcare: vt
ab hac exultatione hiſdem vitijs interpellãtibus nec ad mo-
mentum ſe credat abſtrahi: cũ ſcriptura pronunciet. Corpus Sapiẽ.ix.
quod corrumpitur aggrauat animam: ⁊ deprimit terrena in-
habitatio ſenſum multa cogitantẽ? Ingemiſce ergo o ſancta
anima quecunq́ꝫ in domino exultas: et quotiens te ab hac ex
ultatione abſtractã videris eſſe: dicito. Ne proijcias me do- Pš.l.
mine a facie tua: et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi leticiã ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu principali confir-
ma me. Et hic attẽtius intuere: quam exultationem petierit. O
Quod enim hebraice Jeſus: hoc latine ſalutaris dicit̃. Que
enim hec leticia eſt ieſu: niſi contemplatio eius: qualis vẽtu-
rus eſt in gloria ſua? Sciendum vero eſt: quia illi tũc hac cla
ritate potientur: qui hic poſiti redemptoris ſui veſtigia imi-
tantur. Et quidem dominũ Jeſum legim⁹ doluiſſe: fleuiſſe: Joh.xj.et
ex itinere fatigatum fuiſſe: opprobria et iniurias ſuſtinuiſſe iiij.
ſputa: flagella: crucem ſuſcepiſſe: nunq́ꝫ tamen legimus eũ ri- Matth.
ſiſſe: proſperatum in terra fuiſſe. Hinc plane: hinc in ſpe gau- xxvij.
dent omnes electi: cum ceperint aduerſitatibus mundi fati-
gari: et nullis eius proſperitatibus fallaciter decipi: ſciẽtes
aliam vitam ſupereſſe per quã poſſint celos penetrare. Hinc
eſt quod iſdem dominus ait diſcipulis ſuis. Beati eſtis cum Mat.v.
maledixerint vobis homines: et perſecuti vos fuerint: et di-
xerint omne malũ aduerſum vos mentiẽtes ꝓpter me. Gau-
dete in illa die et exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt
in celis. Sed in his preſſuris atq́ꝫ anguſtijs nequaq́ꝫ poſſent
ſubſiſtere: ⁊ quod his maius eſt gaudere: niſi veraciter in cõ
ſpectu dei et hominum humiles eſſent. Quibus dominus eo
rum ait. Diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde: et in- Matth.xj.
uenietis requiem animabus veſtris. Hinc iter dicit. Beati Mat.v.
mites: quoniam ipſi poſſidebũt terram. Hic etiam hec ꝟgo
glorioſa beatam ſe dici ab omnibus generationibus manife
ſtat: eo q̃d eius humilitatem deus reſpexit. Nam ſubdit. Qr P
reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enim ex hoc beatã me Luce.j.
dicent omnes generationes. O vere beata humilitas: q̃ deũ
hominibus peperit: vitam mortalibus edidit: celos innoua
uit: mundũ purificauit: paradiſum aperuit: et hominum ani
mas ab inferis liberauit. O inquam vere glorioſa marie hu-
militas: que porta paradiſi efficitur: ſcala celi conſtituitur.
Facta eſt certe humilitas Marie ſcala celeſtis: per quam de
ſcendit de⁹ ad terras. Quia reſpexit inquit humilitatem an-
cille ſue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omẽs generatio
nes. Et quid eſt dicere: Reſpexit: niſi comprobauit: placuit
ei humilitas mea? Unde per prophetam domin⁹ dixit. Ad Eſa.lxvj.
quem reſpiciam: niſi ad pauperculum et humilem et tremẽ-
tem ſermones meos? Hic Dauid domino dicit. Quia reſpe- Pš.xxx.
xiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam
meam. Multi ſiquidem videntur in conſpectu hominum hu
miles eſſe vt ab eis beatificentur: ſed eorum humilitas a do-
mino non reſpicitur: quia falſo et non vere de humilitate glo
riantur. Si enim veraciter humiles eſſent: deum ab omnib⁹
et non ſe vellent laudari. Non in hoc mundo eorum ſpiritus
exultaret: ſed in deo ſalutari. Humilitatem ſuam non ab ho-

D minibus cõſpici: ſed a deo optarent. Sequitur in hoc ſancto
Luce.j. cantico. Quia fecit mihi magna qui potens eſt: et ſanctũ no-
ctum nomen eius. Que tibi magna fecit domina: que glorio
ſa virgo vt dici beata merearis? Puto eniʒ immo veraciter
credo: vt creatura ederes creatorem: famula dominum ge-
R nerares: vt per te deus mundum redimeret: per te illumina-
ret: per te ad vitã reduceret. Hucuſ virgo beata de te ipſa
que nos ad amorem dei accenderent: fideliter protuliſti: ea
vero que ſequuntur humano generi prophetaſti. Meum au-
tem votum extitit ea tãtum inde tranſcurrere: que ad tui lau-
dem nominis pertinebant. Sed hec q̃ de te ipſa narraſti: ne
tu vt dignitas tua meret̃ dicere potuiſti. Quas ergo tibi lau-
des fragilitas humani generis perſoluet: que ſolo tuo com-
mercio recuperandi aditum inuenit? Accipe ita quaſcũ
exiles: quaſcun meritis tuis impares gratiarum actiões
et cum ſuſceperis vota: culpas noſtras orãdo excuſa. Admit
te hoſtras preces intra ſacrarium exauditiõis et reporta no-
bis gratiam recõciliationis. Sit per te excuſabile: quod per
te ingerimus. Accipe quod offerimus: impetra quod roga-
mus: excuſa quod timemus: quia nec potiorem meritis inue
nimus q̃ te ad placandam iram iudicis: que meruiſti eẽ ma
ter redemptoris et iudicis. Succurre ergo miſeris: iuua pu-
ſillanimes: refoue flebiles: ora ꝓ populo: interueni ꝓ clero:
intercede pro monachorum choro: exora ꝓ deuoto femineo
ſexu. Sentiant omnes tuum leuamen: quicun deuote cele-
brant tuum nomen. Sit tibi cõpaſſio ſuper afflictis: ſit pius
affectus ſuper celorum peregrinis. Et cum te letantem ſem-
per aſpicis: fletus noſtros queſumus ipſa ad deum admittas
S eum vt proprium filium pro nobis interpelles. Nos enim
adhuc in hac terra affligimur: perſequimur: iniurijs laceſſi-
mur: opprobrijs afficimur: eſurimus: ſitimus: ſomnum pati
mur: in carcere retinemur. Tu vero in celeſtibus regnis pre
Apoc.xiiij lata es cunctis virginum choris: tu agnum quocun perre-
xerit ſequeris. Tu virgineos choros et ab incentiue carnis
illecebris alienos per albentia lilia roſaſ vernantes: ad fon
tes perennis vite potandos inuitas. Tu in illa beatorum fe
liciſſima regna primi ordinis dignitatem adepta plantis ro
ſcidis oberrãs: inter paradiſi amenitatem gramineoſ cro-
cos tenero poplice pergis: felici palma violas immarceſ-
ſibiles carpis. Tu concinis ſine fine choris coniuncta ſum-
mis angelis archãgeliſ ſociata indefeſſa voce: ſanctus cla-
mare non ceſſas. Tu in cubiculo regis beatitudinem gẽmis
ac margaritis ornata aſſiſtis. Tibi thronus regius ab ange-
lis collocatur in aula eterni regis: te ipſe rex regum vt ma-
trem veram et decoram ſpõſam pre omnibus diligens amo-
ris amplexu ſibi aſſociat. Nec mirum ſi dignetur tibi aggau
dere deus regnans: quem tu paruulum ex te hominem natũ
totiẽs oſculata es in terris. Has q̃ tuas felicitates poſſidẽs
T conuertere ad noſtrarum miſeriarum ſalutem. Inter hec igi
tur fratres cum toto mentis affectu beatiſſime virginis nos
interceſſionibus cõmittamus: omnes eius patrocinia omni
niſu imploremus: vt dum nos ſupplici eam obſequio frequẽ
tamus in terris: ipſa nos ſedula prece commẽdare dignetur
in celis. Ne enim dubium que meruit pro liberandis pro-
ferre precium: poſſe plus omnibus liberatis impendere ſuf-
fragium. Sed quid nobis prodeſt hanc interpellare vocibꝰ
niſi etiam humilitatis eius exempla teneamus? Curremus
ergo dilectiſſimi fratres: vt cuʒ huiꝰ diei feſtiuitati intereſſe
cupimus: veſtimẽtis humilitatis at charitatis induti ap-
pareamus. Non nos inuidia aliene felicitatis torqueat: non
ira vſ ad diuiſionem dilaniet: nõ cupiditas chriſtum a no-
bis excludat: non ſeculi triſticia exurat: non proſperitas eiꝰ
incaute decipiat: non luxuria inquinet: non immundicia pol
luat: non elatio corrumpat: non ſuperflua inflet: verbum nos
virtutibus ornatos charitate coniunctos: humilitate funda
tos beata dei genitrix ſue nos intereſſe feſtiuitati proſpexe-
rit: ardentius nobis ſubuenire feſtinet apud filium et domi-
num ſuum Ieſum chriſtum: deum et ſaluatorem noſtruʒ: qui
coronis perennis regni glorificat ſanctos ſuos: et eſt eterna
laus et expectatio omnibus electis eius: ipſi gloria: virtus:
poteſtas eterna: et nunc et ſemper per immortalia ſecula ſecu-
lorum. Amen.

¶ Item in eodem feſto. Homelia de eo qđ ſcri-
ptum eſt in euangelio ſm Lucam. Intrauit Ie- Luce.x.
ſus in quoddã caſtellum. etc. que habetur de ver-
bis domini. xxvj. et xxvij. fo. lj.

## ¶ In feſto decollationis ſancti Iohãnis bapti-ſte. Sermo. j. In quo oſtẽdit cur ſancti Iohãnis baptiſte natiuitas ſingulari celebritate veneret̃.

Hodie dilectiſſimi fratres Iohannis qui domini Sermo
precucurrit aduẽtum natalem diem colimus: qđ xxxvj.
nulli ſanctorum meminimus attributum. Hodie A
inquam natalem diem vnica ac ſingulari celebri-
tate veneramur. Unde quia eum recte extollere non valemꝰ
humane vocis officio: predicemus dominice atteſtationis
oraculo: proloquente chriſto: quia inter natos mulierũ ma- Matth.xj.
ior non eſt Iohanne Baptiſta. Ipſe hoc dicit: et ideo co-
gnoſce magnificentiam laudis ex dignitate laudãtis: ac ſic
dum nemo illo eſſe maior aſſeritur in natis mulierum: datur
intelligi q Iohannes ſupra humanorum fuit mẽſuram me-
ritorum. Ego vox clamãtis in deſerto. Hoc eſt dicere. Non Iohã.j.
ſum ego verbum quod erat in principio deus apud deũ: ſed
vox potius: id eſt miniſter ſum verbi vt ꝑ me ad auditus ho-
minum ſenſuſ perueniat. Unde beatus baptiſta pari humi
litate pronunciat. Illum oportet creſcere: me autem minui.
Illum inquit oportet creſcere: quia per omnem mũdum xp̃i Iohã.iij.
euangelium dilatatur: me autem minui: quia Iohannis pro
phetia finitur. Illum oportet creſcere qui erit exaltandus in
cruce: me autem minui qui ſum truncandus in capite. Iohã
nis enim prophetia finem accepit: quia is qui prophetaba-
tur aduenit. Iohannes ergo formam venturi domini natiui B
tate et conuerſatione ſignauit. Iohãnes naſcitur de ſene pa-
tre: chriſtus ex matre a mundi ſeneſcentis etate: etate inquã Luce.j.
illa que erat fide et operibus infecunda. Iohannes venit de
ſperata generatione per ſterilem: et chriſtus natura obſtupe
ſcente per virginẽ. Ille ſalutem predicauit: hic cõtulit. Ille Mat.iij.
baptiſauit in penitentia: iſte regenerauit in gratia. Hic ẽ eni Mat.xiiij
Iohannes: qui impietatem regis herodis qui vxorem fra-
tris inuaſerat publica auctoritate condemnans propter iu-
ſticiam perdidit vitam: ſed lucratus eſt gloriam. Et nos in- C
terdum pro gratia hominum vel timore offenſionum prefe-
rimus adulationem et vendimus veritatem: non timentes
illud quod terribiliter ſcriptum eſt. Si nõ annunciaueris ini Ezech.iij.
quo iniquitatem ſuam: ſanguinem eiꝰ de manu tua requirã.
Solent tamẽ aliquotiens doctores eccleſie non pro negligẽ
tia peccantium ab increpatione ceſſare: ſed q2 eos timent ex
ipſa caſtigatione ad peiora mala prorumpere. Quando pro
hac re non predicant ſacerdotes: non poſſunt habere de taci
turnitate reatum: quia ſicut viri boni interdũ ex dura incre-
patione corriguntur: ita econtra omnes etiam ſuperbi leniſ-
ſima admonitione ad peiora precipitia prouocantur. Nam
et intantum predicatores eccleſie aliquotiens non ex volun
tate ſed ex neceſſitate peccatores non arguunt: vt interdum
per ſpiritale medicamentum et charitatis artificium ſuper-
bos quoſ etiam indignis laudibus proſequantur Et dum
erubeſcunt falſa eſſe que de eis dicuntur: ad emendationem
vite et bona opera prouocentur: ſm illud quod ſcriptum eſt.
Quoniam laudatur peccator in deſiderijs anime ſue: et qui Pſ.ix.
iniqua gerit benedicitur. Et quia vera eſt illa ſapientis viri
ſententia. Sicut vera laus ornat: ita falſa caſtigat: non eſt ta-
men impoſſibile apud deum vt etiã illi qui ab humanis lau-
dibus inuitati bona opera exercere ceperint: deus illis hoc
in amorem et conſuetudinem vertat: ſm illud quod de ſapiẽ-
tibus quidã dixit. Bene cõſueuiſſe: pudebit diſſueſcere. Et ☞
iterum. Bona loquamur: trãſiet ſermo in affectum. Beatus
tamen Iohannes plena et perfecta libertate maluit iniuſta
ſuſtinere: q̃ iuſta non dicere. Unde euangelico ipſe beatus D
Iohannes alloquio corda nr̃a pulſat ſalutifero dicẽs. Ego
vox clamantis in deſerto: parate viam domini: rectas facite Luce.iij.
ſemitas dei noſtri. Si teneamus in nobis verbum: veritatis
affectum iuſticie: erit in nobis illa via per quam humanum
pectus chriſtus adeat. Ideo autem dicit. Ego vox claman-
tis. Uox preconis iudicem loquitur: clamor iudicium cõmi

Annotat ō natur. Et conſequenter annūciat. Omnis vallis implebit̄: et
nūeralis omnis mons ⁊ collis humiliabit̄. Hoc eſt ergo: qđ alijs ver=
ordinis bis euangeliſta cōmemorat. Qui ſe exaltat humiliabit̄. Ve
ſermonū niet tēpus fratres dilectiſſimi vt ſe ſupbos fuiſſe ſine vllo re=
hui⁹ opis. medio doleant: qui ſe nūc ſalubriter humiliare diſſimulant.
Veniet tēpus vt humiles eleuētur in celis: et ſupbi in īferni
profunditatē mergant̄. Veniet tēpus vt ſe auaros oēs fuiſſe
diuites doleāt: a quibus nūc chriſti irrident̄ pauperes. Nō
ſemper iſte qui nūc humane eſt cōſuetudinis ordo ſeruabit̄.
Luce.xvj. Non ſemp lazarus fame torquebit̄/ nec ſemp auarus diues
delitiaꝝ abundātia perfruet̄: ſed citoꝛ ille de ſterquilinio ab
angelis eleuabit̄ in paradiſuꝫ: ⁊ ille qui elemoſynā noluit da
re: ſi penitētia non ſubuenerit: de luxurioſo conuiuio rapiet̄
in tartaruꝫ: vt qui in hoc ſeculo pauperi noluit dare micā: in
inferno nō mereatur accipere guttā. Et qui pauperē paſcere
E noluit delitijs ſuis: paſcat flāmas medullis ſuis. Nos ꝯo fra
tres quantū poſſumus laborem⁹: vt quod ſupbia tumidum
elatūqꝫ reddiderat in aīo: humilitate et māſuetudine cōpla=
netur. Qđ iniquitas deprauauerat: directione iuſticie corri
gatur. Qđ malicia exaſperauerat: bonitatis gratia tēperet̄.
Inter hec ſtudia īueniat in nobis chriſtus dn̄s quā ipſe con
ferre dignatus eſt viam per quā nos pducat ad patriā: vt de
ij. Cor.vj. nobis dicere dignet̄. Et inambulabo et inhabitabo cū eis: ⁊
ero illoꝝ deus. Si in iſto ſeculo ambulauerit in nobis: in illo
habitabit in nobis qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amē

## De omnibus ſanctis.

### ¶ In feſto omniū ſanctoꝛuꝫ. Sermo.j. In quo demonſtrat cur omniū ſanctorum feſtiuitas ſub vna ſolēnitatis leticia celebretur.

Sermo. Hodie dilectiſſimi omniū ſanctoꝛuꝫ ſub vna ſolēni=
xxxvij. tatis leticia celebram⁹ feſtiuitateꝫ: quorū ſocieta
A te celum exultat: quoruꝫ patrocinijs terra letatur:
quorū triumphis eccleſia ſancta coronatur: quoꝝ
confeſſio quāto in paſſione fortioꝛ: tāto eſt clarioꝛ ī honore:
quia dū creuit pugna/ creuit ⁊ pugnantiū gloria: et martyrij
triūphus multiplici paſſionuꝫ genere adornat̄: per que gra=
uiora tormenta gratiora fuere ⁊ premia: dūqꝫ catholica ma=
ter eccleſia p totū orbē lōge lateqꝫ diffuſa: in ipſo capite ſuo
chriſto ieſu edocta cōtumelias crucis et mortē didicit nō ti=
mere/ magis magiſqꝫ roborata eſt nō reſiſtēdo ſed pferēdo.
Uniuerſos aūt quos agmine inclyto carcer penalis īcluſit:
pari et ſimili caloꝛe virtutꝫ ad gerendū certamē gloria triū=
phalis īſpirauit. O vere beata mater eccleſia: quā ſic honoꝛ
diuine dignatiōis illuminat: quā vincētiū glorioſus marty=
rum ſanguis exornat: quā inuiolate ꝯfeſſionis cādida īduit
virginitas. Floꝛib⁹ eius nec roſe: nec lilia deſunt. Certēt nūc
chariſſimi ſinguli ad vtroſqꝫ honores/ ampliſſimas accipe
dignitatū coronas: vel de virginitate cādidas: vl' de paſſiōe
purpureas. In celeſtib⁹ caſtris pax ⁊ acies hn̄t flores ſuos:
B quib⁹ milites chriſti coronant̄. Dei em̄ ineffabilis et īmenſa
bonitas etiā hoc ꝓuidit vt laborū quidē tēpus et agonis nō
extēderet/ nec longū faceret aut eternū: ſed breue: et vt ita di
cam: momētaneū. Ut in hac breui ⁊ exigua vita agones eſſent
et labores: in illa vero que eterna eſt corona ⁊ p̄mia meritoꝝ:
vt labores quidē cito finirent̄: meritorū vero p̄mia ſine fine
durarēt: vt poſt huius mūdi tenebras viſuri eſſent cādidiſſi=
mā lucē: et accepturi maiorē paſſionū cunctaꝝ acerbitatib⁹
Rom.viij beatitudinē: teſtante hoc apoſtolo vbi ait. Non ſunt cōdigne
paſſiones huius tēporis ad ſupuenturam gloriā que reuela=
bitur in nobis. Qꝫ leto ſinu de prelio reuertētes ciuitas cele
ſtis excipit de hoſte proſtrato trophea ferentib⁹ occurrit: cū
triumphātib⁹ viris ⁊ femine veniūt que cū ſeculo ſexū quo=
qꝫ vicerūt: et geminata gloria militie virgines cū pueris te=
neros annos virtutib⁹ trāſeuntes: ſed et cetera fideliū turba
aule ꝑpetue regiā intrabit: q̄ ſinceritatē fidei incōcuſſis pre=
C ceptorū celeſtiū diſciplinis vnita pace obſeruauerūt. Ergo
agite nunc fratres: aggrediamur iter vite: reuertamur ad ci=
Ephe.ij. uitatē celeſtē: in qua ſcripti ſum⁹ et ciues decreti. Non ſum⁹
hoſpites: ſed ciues ſanctoꝝ et domeſtici dei: etiā illius here=
des: coheredes autē chriſti. Huius nobis vrbis ianuas ape
riet fortitudo: et fiducia latū prebebit ingreſſum. Cōſidere=
mus ergo inclytā vrbis illius felicitatē: in quātuꝫ cōſiderare
poſſibile eſt. Ut em̄ vere eſt: cōprehēdere nullus ſermo ſuffi=
ciet. Dicit̄ de ea in quodā loco ſic: qꝛ aufugiet ibi doloꝛ ⁊ tri= Eſa.xxxv
ſticia et gemitus. Quid hac vita beati⁹: vbi nō eſt pauperta=
tis metus/ nō egritudinis imbecillitas? Nemo ledit̄: iraſci=
tur nemo: nemo inuidet. Cupiditas nulla exardeſcit: nullum
cibi deſideriū/ nulla honoris pulſatio/ aut poteſtatis ambi=
tio. Nullus ibi diaboli metus: inſidie demonuꝫ nulle: terroꝛ
gehēne procul. Mors ibi neqꝫ corporis neqꝫ anime erit: ſed
immortalitatis munere vita iocūda. Nulla erit tunc vſqꝫ di=
ſcordia: ſed cuncta cōſona: cūcta ꝯuenētia: qꝛ omniū ſancto=
rum vna cōcordia: pax cuncta et leticia cōtinet: tranqlla ſunt
omnia ⁊ quieta. Iugis ſplēdoꝛ non iſte qui nūc eſt: ſed tanto
clarioꝛ quāto felicioꝛ: quia ciuitas illa: vt legitur/ nō egebit Apoc.xxj.
lumine ſolis: ſed dn̄s omnipotens illuminabit eā: et lucerna
eius eſt agnus. Ubi ſancti fulgebūt vt ſtelle in ꝑpetuas eter= Dan̄.xij.
nitates: et ſicut ſplendoꝛ firmamēti qui ad iuſticiā erudiunt
multos. Quapropter nox ibi nulla/ nulle tenebre/ concurſus
nubiū nullus/ nec frigoris ardoriſqꝫ aſperitas vlla: ſed talis
quedā erit rerū tēperies: quā nec oculus vidit/ nec auris au= j.Cor.ij.
diuit/ nec in coꝛ hoīs aſcēdit: niſi illorū qui ea perfrui digni
inueniūtur: quorū nomina ſcripta ſunt in libro vite: qui et la= Apo.xxij.
uerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni: ⁊ ſunt ante thronum dei
ſeruiūtqꝫ ei die ac nocte. Non eſt ſenectus ibi: nec ſenectutis
miſeria: dum oēs occurrūt in virū perfectū: in mēſuram eta= Ephe.iiij
tis plenitudinis chriſti. Uerum ſup hec oīa eſt cōſociari an= D
gelorū et archangeloꝝ cetibus: thronis etiam ⁊ dominatio=
nibus: principatib⁹ et poteſtatibus: omniūqꝫ celeſtiū ſuper=
narūqꝫ virtutum cōtubernijs pfrui: ⁊ intueri agmina ſancto=
rum ſplendidi⁹ ſyderibus micantia: patriarchaꝝ fide fulgē
